Statutum

Statutum

Gualdi

888

Concordanti reg.ti 1747 e 19 Cons.

Mostra d'Antica Arte Umbra
N.° 803
Municipio di Gualdo

I

Nel Libro Catastale di Fossato c. 2. a tergo si vede un.

§. 33. un Terr. m. s. = in cui fra l'altre cose vi si vedono descritte l'infrascritte parole cioè i fini da uno la Via, per la quale si va à Fabriano fino alla Cima del monte, i Confini di Fabriano, medte i beni dell'Abbia d'Appennino, e verso la Terra di Gualdo i beni del Commune di Fabriano, la fossa, ò vero Via, la quale divide i Confini tra d. Fossato, e Gualdo, la fossa, che si dice la fossa dell'Abboccatoia, e và verso il fosso di Caseggi &c.

Ogni Canna Muraria Gualdese combina in lunghezza con piedi dieci la quale misura ragguagliata col metro, ogni metro corrisponde a piedi tre, così ci riferisce il Perito Camerale Francesco Baccolini intendentissimo in queste materie

Gio. Cesari Gualdese

Officiorum = Lib. 1 = incipit a pag = 1.

Super Civilibus Lib 2 = a pagina 17. t°

Super Gabellis Lib = 3

Super maleficiis Lib. 4. a pagina 41.

De extraordinariis lib. 5 a pag. 77.

Super Dazijs a pag.a = 93 =

Bulla Clem. VIII super Gabellis, et
Gubernio Communitatum ——— 95

3 II v

In Dei Nomine Amen, Antonius de Monte Epus Albanen S. R. E. Presbiter Cardinalis Papiensis Terre Gualdi nucerin diocesis Gubernator, et legs perpetuus.

Dnis Vexillifero, Prioribus, Concilio, et communi Gualdi salutem. Cordi nobis semper fuit Ecclesias, loca pia, muros cõmunis, uias, fontes, Aqueductum, Stratas, et alia loca publica uestre Terre uetustate, et factionibus ferè diruta, restituere, resarcire, et de nouo facere, prout etiam restituimus, facimus, et quotidie conamur facere, similiq modo discordias ciuiles maximè inter uos uigentes sedauerimus Et uos, Deo duce, pacatos reddiderimus, Cum in presentiarũ uobis deficiant propria statuta, sine quibus Regna, et Ciuitates nil aliud sint, quàm latrocinia, ut imperfectum quod utilius est non dimittatur, pñs uolumen statutorũ uobis dirigimus, et mittimus, que unà uobiscum per peritissimos uiros diligentissime fieri fecimus ad perpetuam cõmunis Gualdi utilitatem, et commodum, Mandantes eadem statuta per uos recipi, et admitti, ac in publica uestra Cancellaria custodiri, copiamq uolentibus semper fieri, et ab omnibus indifferenter perpetuò obseruari, et contra nõ ueniri, sub excõmunicationis, et alijs penis inferius in statuto contentis, decernentes exnunc irritum, et inane quicquid secus fieri cõtigerit.

## DE officio Dni Locumtenentis Rmi Rdi Dni Cardinalis R.ca i

Statuimus Dnum locumtenentem tenere locum, auctoritatem, et iurisdictionem, quam ante tempora Rmi Rdi Dni habebat potestas Gualdi, et etiam imperium merum, et mixtum, et talem, et tantam auctoritatem, et iurisdictionem, quam Rmus Rdus Dnus per literas patentes dederit, quas patentes lras in initio sui Magistratus presentare, et registrari faciat habeat in Cancellaria Communis ut moris est, Itj statuimus, q prefatus Dnus locumtenens cum primu se contulerit ad terram Gualdi, debitam oblatione unius ducati faciat in altare et societati sacratiss. corporis xpi, et Ecc. sancti Benedicti, idemq locumtenens si fieri potest sit Doctor ad minus octo annoru, sin autem sit Nobilis, et secu ducat assessorem doctorem annoz quinq in publicis studijs comprobatu, et nihilominus retineant in eoz officio Milite, Notarioz maleficioz, extraordinarium bene expertos, et praticos, et duos famulos bene armatos, et convenientem equum, de quibus singulis mensibus fiat monstra per Camerarium Camere, et comunis, per quem sumptibus camere de salario eiusdem locumtenentis, et familie provideatur, ita q Communitas in nihilo teneatur, et nihils in fine sui officij Dnus locumtenens per Rmum Dnum sindicetur, Assessor autem, Judex Miles, Notarius maleficioru, extraordinarius, et famuli sindicentur per sindicos comunis ad similitudine officij potestatis ut moris est.

## De officio Potestatis, eius salario, et electione R.ca ij

Item in eventu in quem dca Terra non existeret, nec ordinatus esset Lns, et res redigerentur ad pristinam naturam, Statuimus q in generali consilio terre Gualdi preponantur, et ad partitum mittantur tres idonei Viri, quoz ille pro pretore eligatur, qui ad bussulas, et palluctas per duas de tribus partibus fuerit obtentus ad quem infra decem dies mittatur electio cum capitulis infrascriptis videlicet In primis q dctus Potestas fuit, et est electus Pretor Gualdi ad semestre post alios electos, vel electum cu salario viginti octo florenoru marchie singulo mense, et q habeat se conferre ad dictam terra statim finito tempore electoru cu solita pompa, et in primis debeat offerre ducatu unu in altare, et societati Corporis xpi in Ecca sancti Benedicti, demu in manibus Cancellarij coram Vexillifero, Prioribus, et Consilio iurare debeat ad sancta Dei Evangelia tactis corporalr statutis sese bene officia administrare, formamq omniu statutoru Gualdi observare, et in nullo ab eisde statutis deviare tam pro se ipso, q pro eius familia, quam secu ducat; Et in primis ducat, si potestas no fuerit doctor, Assessorem Doctorem annoru quinq eius sumptibus, et salario, et similiter unu Milite, Notariu Maleficioru, extraordinariu et tres bene armatos famulos, et unu equu similiter eius sumptibus, et salario, Deniq ingrediatur eius Palatiu, et continuam residentia faciat, et Jus singulis diebus, et horis iuridicis reddat sntias ferendo decreta interponendo, pronunciando, mandando, et committendo prout moris est, causasq maleficioru ante finitu dictum tempus sub pena centu ducatoz expediat, copiaq inquisitionu, et accusationu denunciationu, et alioru actoru criminaliu ad Cameram trasmittat, et omnia alia facere possit, et debeat quae pro expeditione causaru fuerint necessaria, et opportuna, cu arbitrio mandandi et precipiendi unicuiq usq ad summa centu librarum, de facto si sibi videbitur exigenda a contravenientibus; Et Camerarius Camere sibi salariu solvere teneatur in fine singuloru duoru Mensiu, ita q Communitas non

non teneatur in aliquo, et à Ciuibus, et Terrigenis Gualdensibus nihil recipiat pro eius mercede et salario etiam in causis commissarijs, et delegatis, nisi dumtaxat in causis sūmarijs pro examine testium bononenū unū pro quolibet teste, et bononenos duos pro quolibet teste in causis ordinarijs, et pro sigillo qualibet uice bononenū unum, et exculenta, et poculenta à nullo recipere possit; Et in fine sui officij scopplectum unū ualoris unius ducati Communitati tradat in manibus Dnoꝝ Priorū, et duos florenos cū dimidio Massario cannarū muri pro reparatione murorū dicte terre, et ante tempus finiti officij sindicari nō ualeat, sed finito tempore per octo dies continuos ad sindicatū stare debeat coràm sindicis electis per commune, et infra tres dies proximos respondere petitionibus contra eū fiendis, et cauere de stando iuri, et iudicatū soluendo appellatione remota, et demū parere sntie ferende per ipsos duos sindicatores tam pro se, qꝫ pro eius familia, pro quibus omnibus omnino teneatur, Et Cancellario communis pro electione soluat florenū unū, Et in euentū in quem contingat aliquem Potestatē secō terre ad dictam Terrā ante tempus, et sine electione, modo premisso facta, cum breue, et literis aplicis nullatenus admittatur, et recipiatur, sed superioribus mittantur Ambassatores ad ipsū Potestatē reuocan qui si tentauerit sine electione cōmunis officiū adipisci, incidat in penā ducatorū centū fabrice murorū applican, et salario eius priuetur omnino

## Correctio Rmi de Monte per suppnem ✝

Sub rubrica de officio Potestatis statuitur, ut Potestas habeat potestatē precipien sub pena centum librarū, hec contra ueteris statuti dispositionē, placeat statuere, ut contra contumaces, et inobedietes per Locumtenentem, uel Potestatem usqꝫ in uigintiquinqꝫ libris in mulctando seueritas exerceatur. Placet etiam usqꝫ ad quinquaginta ex causa.

## De officio Vexilliferi, Priorū, et eorum electione Rca iij

Decernimus Vexilliferū, et Priores eligi, creari, et imbussulari prout infra sub rubrica de nouo regimne et bussulo faciendo, ipsosqꝫ extrahi de dcō bussulo modo infrascripto uidelicet, qꝫ postqꝫ bussulum totum factum fuerit detur in custodia Guardiano Sti francisci retinendū in sacristia dicte Ecclesie in capsula communis sub tribus clauibus, quarū unam retineant Priores, aliam retineat Guardianus predictus, et aliā Prior sancti Augustini; Et cum uenerit tempus extrahendi Vexilliferū, et Priores per decem dies ante, Priores, qui pro tempore erunt residentes banniri faciant pro prima sequenti die demane extractionē nouorum Priorū per loca solita terre, ut moris est, et hora, et mane predicto pulsata prius Campana cōmunis, unà cum Cancellario communis, et Regulatoribus et ciuibus, qui adesse uoluerint sese conferant ad Eccam Sti francisci, et capsulā cōmunis cū bussulo clausam portari faciant in aula Consilij cōmunis, qua aperta, in pntia dictorū religiosorū patrū Puer unus eximat de dcō bussulo unā palluctam, que extracta aperiatur per Cancellarium communis

et alta uoce, et nominatim Priores descripti in dcā pallutta nominentur, et publicentur pro duobus proximis mensibus, et alia officia extrahantur congruis temporibus, et modo predicto secundū quod inferius per formā Statutoꝝ disponitur, Et dictū bussulū, et capsula claudatur, et portetur ad locum solitū in dicta sacristia custodień more solito, et predcō, Et dicti Priores sic extracti post decem dies predictos, prima die proximi mensis teneantur insimul accedere ad dictam Ecclesiā sancti francisci summo mane ad Missam audień unā cū eorū precessoribus, et Missa audita accipere possessionem sui Prioratus, et officij, et in manibus Cancellarij scripturis corporalr tactis iurare de eorū officio bene et legaliter exercendo, et infrascripta obseruando et continuē residentiā facere omni die ibidem comedendo, et bibendo, et duo ex eis et durante eorū officio artē aliquā manualem nō exerceant sub pena unius ducati pro quolibet retinendi de eorū salario per Camerariū, Insuperq pro ornatu Palatij et Terre Mantellū coloratū longū usq ad tibias, et caputiū rosaceū deferant, et soli per Terrā Gualdi ad penā uiginti solidorū nullo modo incedant, Ecclesiasq omnes Gualdi in earū festiuitatibus solennibus uisitent, et Missam solemnē audiant associati per Potestatē, et familiā Terre Gualdi, Medicū, Cancellarium, Magistrum ludi, officiales Montis, et alios, qui uoluerint eos associare pena uiginti solidoꝝ officialibus contra facientibus qualibet uice, Et nihilominus Tubicine debeant preire eos tubando, et sonando prout Dnis Prioribus uidebitur; Iidemq Dni Priores pro eorū salario singulis duobus mensibus habeant, et recipere debeant à Camerario Camere florenos septem, et bononenos octo pro quolibet de bonis, et prouentibus Camere, Nec non ijdem Dni Priores de mense Januarij perpetuò singulis annis habeant, et habere debeant unū idoneū Depositariū pro uno integro anno futuro usq ad creationē alterius, quem ipsi Priores eligere habeant in dcō mense Januarij Et officiū ipsius Depositarij sit, et esse debeat in exigendo prouentū domus Beccarie site post palatiū Potestatis, et florenos octo à Camerario Camere extrahendos de sexdecim florenis, quos Rmus. Dnus Cardinalis soluit quotannis pro palio balistrando in festo sancti Angeli de mense Maij. Et officiū Vexilliferi, et Priorū uersetur circa infrascripta uidelicet, quod possint unicuiq Gualdensiū, ciui, et rustico, incole, et habitatori mandare, et precipere pro necessitatibus cōmunis sub pena quinq ducatorū, Et etiā sint Iudices appellationū, et reformationū causarū extraordinariaꝝ, Itē possint concedere morattorias super ciuilibus cuilibet ad duos menses dato deposito per eum cui conceditur, Itē teneantur facere manuteneri, et obseruari omnia Statuta, et reformationes terre Gualdi inuiolabiliter, Itē in principio eorū officij creare debeant octo superstantes portarū, uidelicet duos pro qualibet porta unū ciuem, et alium rusticum, qui presint refectioni murorū, et uiarū terre Gualdi, et habeant auctoritatem mandandi, precipiendi, grauandi, et mulctandi usq ad sumam unius ducati, et singulo mense dcī proc teneantur sub pena decem ducatorū requirere Dnos Priores, ut cū eisdem uadant ad reuidendū

uias, et muros Terre, et reparan, et reparari faciendu prout opus fuerit, et si cessauerint, et reparari mu=
ros, et uias non fecerint, Priores, et suprastantes incidant in pena dcem libraru de eoru salario aufe=
ren, et dicti suprastantes durante eoru officio sint immunes à collectis Communitatis, Itẽ quando
aliquis facinorosus torqueri debet pro ueritate reperienda, in tali qone interuenire debeat Vexillifer
uel unus de Prioribus ad pena uiginti quinq; ducatoru officialibus contrafacien, Itẽ dicti Priores pos
sint, et ualeant ad omne eoru libitu, et uoluntate Concilium generale congregari facere, et similiter con
ciliu credentie de licentia Locumtenentis, uel Potestatis, Itẽ teneantur prima die dominica post prin
cipiu eorum officij Concilium generale fieri facere super bono publico ut moris est, Itẽ q nullam pro
posita fieri faciant in generali consilio, nisi prius fuerit obtenta in concilio credentie, et q suppli
cationes particulariu, que porrigerentur in Consilio generali, mittantur ad partitu, absq; eo q fuerint
porrecte in Consilio credentie, Itẽ q Vexillifer, et Priores in ciuilibus causis actiue, et passiue conueni=
re, et conueniri no possint durante eoru officio, Itẽ q dci dni Priores restituant successoribus mas
saritias, et suppellectilia Palatij per Inuentariu manu Cancellarij, Itẽ teneantur reparari facere eoru
Palatiu collectas imponen, et alia facien, que fuerint necessaria. Itẽ teneantur creare in principio
eoru officij pro duobus mensibus ipsoꝝ unum Sindicu, et Procuratore literatu ad defenden commu
ne, et pauperes pro iustitia, et salariu deputetur prout ipsis dnis Prioribus uidebitur, Itẽ tenean
tur una cum Locumte uel Potestate manutenere Terra, et districtu pacatu, et rixas, et questiones se
dare, et homines ad pacem reducere, et fractores paciu, et treguaru insequi una cu hominibus Concilij
qui teneantur pro bono publico et de mandato dni Locumtenentis, uel Potestatis arma assumere, et do
mos enormissima crimina committentiu, et quiete Terre turbantiu diruere, et solo equare, Itẽ obser
uare teneantur in cunctis concernentibus eoru officiu forma presentiu Statutoꝝ, et presertim q Prio
res, qui fuerint extracti, et nominati in eoru extractione lacerentur, et asserentur, et ad officium ip
sorum non admittantur, qui tempore sue extractionis reperti fuerint debitores comunis, et dictum
debitum non soluerint, et Cancellarius teneatur ipsu Priorem subito lacerare, et salariu eidem
non soluere prout infra in capitulo de debitoribus comunis, et nihilominus Priores noui tene=
antur infra octo dies sindicare precessores, absoluen, uel condemnan, Itẽ simul cu Regulatoribus
possint pro occurrentijs communis expendere usq; ad duos florenos, Itẽ q dcus Vexillifer, et Prio=
res non possint associare aliqué Mortuu, nisi consaguineos in primo gradu utriusq; linee.

## De officio Regulatoru, et eoru electione Rca 4

Statuimus ut Regulatores in Generali consilio eligantur, et deputentur ad bussulas, et pallottas

et imbussulentur ut infra sub rubrica de bussuli scrutinio, et novo regimine, et qui extrahantur singulis quatuor mensibus, et in omnibus requestis, et Concilijs generalibus, ac particularibus una post Priores interueniant, et omnia consulenda, siue proponen in generalibus Concilijs reuideant insimul cū Dnis Vexillifero, et Prioribus, et moderent, siue reducant et uincant ut eis uidebitur, et sic tractata in generali Consilio refricentur, et proponantur, et si secus fiat, sit nullius roboris, et momenti. Itē prefati regulatores post Priores habeantur in magna reuerentia supra omnes alios, et in cunctis rebus publicis interesse habeant, et teneantur curie fauere, ut Dni Priores, et sint solliciti ad tractandas, et manutenendas paces, et treguas et similiter puniendo malefactores, ita q Terra Deo duce quieta, et pacata semper uiuat, et ad eos unà cū dnis Prioribus pertineat bullectas persoluendas pecunias Comunitatis sigillare, et aliter non teneant. Et in euentū in quem contingerit extrahi aliquis Regulator extra muros pro necessitate cōmunis, Priores possint alium deputare, et eliger loco sui, qui sic extractus teneatur clauem suam relinquere uni ex collegis suis, et idipsum de Regulatore intrinseco infirmo qui possit uocem suam concedere uni ex collegis, et quicquid inter Priores, et Regulatores obtenierit ad bussulas, et pallucttas, id per eos obseruetur sub pena unius ducati, Et dicti Regulatores teneantur comparere ad omnē requisitionē dictorū Priorum ad dictam penā, Et si contingerit aliquem ex regulatoribus esse mortuū, uel mori, Priores possint aliū loco sui eligere.

## De officio sindici, et Procuratoris cōis, et eius salario, et electione. Rca 5

Statuimus ut sindicus, et procurator communis eligi debeat singulis duobus mensibus à Dnis Vexillifero, et Prioribus eadē, uel sequenti die post introitū eoꝝ officij cū salario per eos deputan qui statim electus causas cōmunis, et pauperes personas defendere habeat pro iustitia, et utilitate cōmunis semper attendere, et in singulis peragendis ubi agitur de interesse cōmunis, et pauperum citetur, et interueniat, aliàs actus sit nullus, et inanis ipso iure, et nō teneat, Et statuimus illas esse, et intelligi pauperes personas, que nihil possident in bonis stabilibus, et arbitrio Dnorum Priorū declaretur earū conditio, in qua conditione intelligantur uidue, pupilli, et personae permanentes in hospitale.

## De officio Notariorū Catasti, et Bance, et eorū salarijs, et electione, et de Collegio Notariorū et Matricula sive approbatione, et rogitibus Notarioꝝ Rca 6

Statuimus, et ordinamus, ut Notarij catasti, et allibratus in bussulo et scrutinio fiuend imbussulentur, et creentur, et sint Notarij approbati, et descripti in matricula et collegio Doctorū, et

3v

Notariorum, et si aliàs imbussulentur, et creentur nõ ualeat ipso iure talis electio, sed sit nulla, et inanis. Et collegiũ Doctorũ, et Notariorũ debeat sub pena decem ducatorũ aliũ Notarium catasti creari de eorũ collegio, et matricula, et eidem liber, et officiũ catasti detur, et competat, et nõ inbussulato, et nulliter creato extra matriculam; Et nihilominus Notarij catasti de mense martij usq ad mediũ aprilis sub pena quinquaginta ducatorũ teneantur, et debeant perpetuo, et omni anno cartutias scribere nominatim in forma in carta membrana, ita q quelibet cartutia non excedat numerũ decem personarum, et eas tradere Camerario camere, ut moris est; Et siquis ciuis, uel alia persona uoluerit esse sola, uel cũ aliquo alio associata in cartutia, notarius catasti teneatur ponere talẽ ciuẽ, uel personã solam, uel associatã in cartutia ut sibi placuerit, quibus Notarijs catasti detur carta à Camerario Camere et copia omnium cartutiarũ factarũ, et traditarũ per totũ mensẽ aprilis perpetuo omni anno detur eidem Camerario camere, et exigendas de quatuor mensibus in quatuor mensibus ut moris est, per massarios. Item Notarij catasti non possint, nec ualeant delere aliquẽ de catasto et alium ponere quando contigerit fieri uenditionẽ, et alienationẽ aliquã forensibus, Ecclesiasticis, Potentioribus, et alijs à quibus est difficilis exactio, nisi de expressa licentia Dñi locumtenentis, aut Camerarij predicti sub pena quinquaginta ducatorũ. Item statuimus q Notarij catasti in omni anno in principio sui officij banniri faciant omnes res nõ accatastatas deberi accatastari, et in catasto poni sub pena centũ ducatorũ, et amissionis rei, et fructuũ perceptorum. Item teneantur in qualibet partita catasti describere intus sũmas Modiolorum, stariorum, tabularũ, et pedum, nec non librarũ, solidorũ, et denariorum per extensũ, et nõ per literas arimeticas uulgariter dictas abaco, et foris per abacũ sub pena unius ducati pro quolibet, et uice qualibet. Item pro eorũ salario, et mercede recipiant, ut moris est, unũ bononenũ pro quolibet petio terre delendo, et alteri ponendo, et pro copijs dandis tantumdẽ. Item teneantur iurare per manus Cancellarij manutenere catastum legaliter, et fideliter, Camere, et cõmunitati inseruire ut decet. Item q ponant in catasto res allibratas principaliter, et personas in consequentiã, ut alienationes ad personas nõ subiectas transeant cũ onere suo, et non ualeant sese excusare ratione persone, et fori. Item in catasto ponatur mensura cum iuramento uendentis, et ementis, et emptor si fuerit persona nõ subiecta, et accatasta

vi faciat, atq numq deleatur nomen uenditoris, sed ambo et emptor, et uenditor admic-
tantur, et ab aliquo ex eis exigat prout Camere et Communitati habilius uidebitur respec-
tiue pro suo interesse. Itē Notarij bance ciuiliũ causarũ inbussulentur inter se ipsos
singulis tribus annis, et omni anno extrahantur duo, uel tres Notarij, qui singulis diebus
iuridicis pulsata campana hora iuridica coràm ius reddente comparere habeant cũ libro
actorũ, et recipere relationes citationũ, et commissiones citationũ, et ponere in libro ad instan-
tiam, et petitionẽ partiũ habentiũ interesse acta, dicta, et attestationes testiũ, et mandata
procuratorũ, et cautiones de stando iuri fideliter conscribant in libro, et productiones iurium
instrumentorũ, supplicationũ, mandatorũ, cedularũ, libellorũ, articulorũ, interrogatoriorum
exceptionũ, replicationũ, triplicationũ, oppositionũ, et aliorũ iuriũ in filza redigant, et ponãt
annotata primo in libro actorũ quantitate, et numero iuriũ productorũ summatim habita
relatione ad sui filzam. Itē in causis sũmarijs à uiginti libris infra teneantur petitionem
uulgarem, et summariã sine aliqua solennitate, in qua contineatur nomẽ petentis, nomen rei
iudicantis, et res, et quantitas petita cũ causa quare petitur ponere in libro, et responsiones
partis, et assignationem termini ad probanã, si fuerint petita negata in parte, uel in totũ, ad sol-
uendum, et in termino testes sũmatim uulgari sermone absq solennitate examinare, testesq
et processus nõ publicatos nemini pandant sub falsi pena, nisi Iudici, cui omnia acta aperta
sunt. Recipiantq pro eorũ salario pro qualibet petitione sũmaria bononenũ unum, pro
responsione partis aduerse bononenũ aliũ, pro mandato procuratorũ bononenũ alium. pro
rogitu instrumenti bononenũ unũ pro qualibet parte. Itē bononenũ unũ pro qualibet compari-
tione, pro instrumento interpositionis decreti bononenos duos, pro examine testium summariorũ
bononenũ unũ pro quolibet teste, et nõ summariorũ examinatorũ super articulis bononenos duos
Itē copie petitionũ, et libellorũ, ac instrumentorũ dentur sumptibus producentis: alie uerò copie
aliorum iuriũ sumptibus petentis copiam. Itē pro copijs dandis de actis productis Notarius
exigat, et habere debeat bononenũ unũ pro quolibet latere, et facie carte et ad minus quolibet
facies, et latus carte constet de uigintiquinq lineis, siue uersibus plenis, et nõ uacuis. et pro
publicatione actorũ testium, siue processus bononenũ unũ, Itē pro uiatico suo intra Terrã et cir-
cum circa in burgis exigant grossũ unũ usq ad unũ miliare, ultra uerò unũ miliare [illegible]

confines in omni parte exigant grossos duos, et nõ ultra, et pro extractione instrumentorum idem recipiant, Et nihilominus iurent in manibus Camerarij se legaliter officiũ exercere, remotis ira, odio, amore &c. Itẽ Statuimus, et ordinamus, ut Notarij omnes Gualdi, uel forenses, rogare, et instrumenta conficere inter priuatos, nec de rebus priuatis, et etiam publicis, nisi prius, et ante omnia se presentauerit collegio doctorũ, medicorũ, et Notariorum Gualdi examinatus publice fuerit, et approbatus, et receptus in collegio, et matricula eorum cũ quis facere uoluerit in primis facem ceream unius libre presentet Sacratissimo altari societatis corporis xp̃i in Ecclesia sancti Benedc̃i, et colationem honoratã facere collegio post suam receptionem, et approbationẽ, Et quicũq; se rogauerit de instrumentis aliquibus publicis, aut priuatis non approbatus, et receptus incidat in penã uigintiquinq; ducatorum, pro dimidia Camere, et pro alia dicto collegio applicañ, et talis contractus sit falsus nullius ualoris, roboris, et momenti, ac si esset factus ab infame, ignominiosa, et nõ integra persona; Itẽ non matriculatus ut supra non possit imbussulari pro aliquo officio, et si imbussularetur nõ possit dictũ officiũ exercere, quinimo per dictum Collegiũ alio matriculato prouideri possit, et debeat. Et quod Clerici nõ possint se rogare de instrumentis inter priuatas personas, nec de rebus publicis, nec possint exercere officia notariatus, et seculares, qui fecerint confici instrumenta a clericis incidant in penam decem ducatorũ, applicañ pro dimidia Camere, et pro residuo dicto Collegio. Itẽ Statuimus, ut collegiũ Doctorum, Medicorum, et Notariorum sit, et esse debeat unũ corpus, et una uoluntas, et residentiã eorũ faciant in audientia subtus Palatiũ Dñorum Priorum ad planum publicarũ uersus plateam, ibidemq; archiuium catasti, et scripturarũ retineant sub claue, et Notarij catasti, et bance de sero portas dicte audientie claudere teneantur, et debeant omnino cũ claue sub pena decẽ ducatorum, ita quod nulli pateat introitus absq; notarij p̃ntia. Et talem audientie locũ purgatum retineant, et in eo honeste uiuatur ad Dei laudem. Et semel in prima dominica cuiuslibet mensis collegialiter conueniant, et unã cũ Dñis Prioribus Missã solemnẽ audiant, Itẽ Statuimus, ut Notarij omnes, et singuli quandocũq;, et inter quoscũq; conficiant instrumentum et instrumenta emptionũ, uenditionũ, donationũ, testatorũ, uel alia instrumenta quecumq; in quibus alienetur aliquod petium terrarũ, tunc, et eo casu apponant quantitatẽ mensurã, et numerum modiolorũ, Stadiorum, salmarum, et quartarũ dicti petij terre uenditj

velicti, uel quomodolibet alienati, et in aliam personã translati una cum finibus cir=
cumcirca, ita q tollatur abusus preteritus, et si fines tractu temporis ignorentur remane=
at certa mensura, et numerus terrarũ certus, et determinatus, et si secus fiat instru
menta sint nulla, calumniosa, et falsa, et ius reddens uisis dictis Instrumentis ea=
dem lacerare teneatur, et eisdem fidem non adhibere, Et Notarius conficiens talia
instrumenta cassetur de collegio, et matricula, et infamis efficiatur, et nullo umq tem=
pore rogari possit, nomenq tabellionis, et Notarij perpetuò amittat.

Correctio R.mi D.ni Cardinalis de Monte per supp.nem

Sub rubrica de officio notariorũ Statuitur, ut instrumentorũ copia detur sumptibus producentis, quod iuris contrarium est. Placeat statuere, ut circa editionẽ ius cõmune seruetur. Placet.

Sub rubrica predc̃a statuitur, q Notarius infamis sit, et instrumentũ falsum presumatur, si in eo rei alienate, uel in testamento velicte mensura nõ exprimatur, difficile esset per singulos contractus, et testamenta imponere mensurã, placeat abrogare Statutũ. Placet, ita tamen q Notarius pro quolibet instrumento sic confecto puniatur pena uigintiquinq librarum.

## De Aduocatis, et Procuratoribus, et eorũ salario R.ca 7

Statuimus, et ordinamus aduocatos in causis ordinarijs, et libellarijs recipi, et admicti, et nõ in alijs causis sũmarijs, et pro eorum salario in prima instantia in qualibet causa ducatũ unũ cũ dimidio dumtaxat, et non ultra. Procuratores uerò pro eorum salario recipiant in qualibet causa libras decẽ In causis uerò summarijs non recipiantur, nec admictantur ad procurañ in scriptis, sed tantum uerbo, reiectis friuolis exceptionibus, et dilationibus, litis contestationibus per simplicẽ confessionem, uel negationem statim post petitionẽ subsecutã, uel saltem sequenti die, in causis appellationũ. in secunda instantia recipiant simile salariũ. Et in causis criminalibus magnis, et capitalibus aduocatus habeat ducatos tres, et Procurator ducatos duos, Et ius reddens maius salariũ taxare non ualeat, sed pro taxato simili modo semper habeatur omnino

Correctio R.mi Cardinalis de Monte per supplicationẽ

Sub rubrica de aduocatis, et procuratoribus Statuitur, ut in ciuilibus salariũ Aduocati sit florenus unus cũ dimidio, procuratoris uerò florenus unus cũ dimidio, hoc in leuioribus causis excessiuum est, in arduis parum. Placeat statuere, ut iuxta constitutiones marchie arbitrio tamẽ, et moderatione iudicis, uel Priorũ aduocatis, et procuratoribus salaria decernantur. Placet

q sit arbitrio Locutenentis, uel Potestatis ex qualitate causarũ, et personarum:

De officio Camerarij Camere R.mi D.ni, et Cancellarij R.ca 8

Statuimus, et ordinamus Camerariũ recipi, et admicti, qui literis ap.licis, siue R.mi D.ni crea tus, et ordinatus fuerit, ut hactenus extitit consuetũ, ipsũq salario à Camera constituto con tentũ esse, solitasq exactiones cartutia à massarijs, et collectoribus facere de quatrimes tri in quatrimestre ut moris est, cui Miles et familia D.ni locutenentis, uel Potestatis in cunctis spectantibus ad suum officium parere teneantur ad penã uice qualibet unius du cati, Introitus omnes Camere exigat, et retineat fideliter, Cunctisq officialibus de congruis salarijs de bimestri in bimestre respondeat, debitisq temporibus precedentibus solennibus subhastationibus cũ presentia D.ni locutenentis, Potestatis, uel Priorũ gabbellas, Prata, et pascua plus offerenti tradat, et uendat, aut alio utiliori modo camere prouideat, ut Camera rio uidebitur magis consultum. Insuper d.cus Camerarius sit, et esse intelligatur officialis dam norũ datorũ, retineatq duos, tres, uel plures officiales, et guardianos, et unũ expertũ Notariũ ut Camere uidebitur expedire, in cunctisq procedat, ut inferius in libro damnorũ datorũ conti netur, et non aliter, Eumdẽq Notariũ damnorũ datorũ si per se ipsũ noluerit, subroget in Can cellariũ cõmunis Gualdi, et cunctas reformationes, consilia, et decreta D.nor Priorũ consilij, et populi in libris bene tentis fideliter conscribat dicta Consiliariorũ arrengatorũ prepo sitas, et partitas annotando, Vexillifero, Prioribus, et communi inseruiendo, uidelicet in scri bendo l.ras missiuas, mandata, precepta, et alia necessaria, associando in diebus solenni bus Vexilliferũ, et Priores, oblationes pro altare eis dando, cerã, et faces solitas offerendo ut moris est, recipiatq idem subrogatus salarium solitũ, et consuetũ inter ipsos, de l.ris missiuis, et preceptis bononenos duos, et alias solitas solutiones, de cartutijs, siue exactio nibus recipiendo, computa Camere conscribendo, introitus maleficiorũ, damnorũ dator, ex traordinariorũ, et omniũ membrorũ Camere, recipiendo s.ntias maleficior auscultan in mem branis descriptas, ipsasq fideliter custodiendo; et exequendas sine mora executoribus dan s.ntias maleficiorũ in membranis latas de mandato superiorũ cassando, gratias, et suppli cationes fideliter retinendo, et in cassatura cassature causã describendo in margine, et ce tera alia faciendo, que officio suo incumbunt, et quomolibet aliãs et pertinent, et spectant.

Correctio R.mi de Monte

Sub rubrica de officio Camerarij statuitur, ut Camerarius gabellas etiam sine solitis bannimentis possit tradere, et stabilire hoc et Camere, et singulis de Populo potest damnum inferre, Placeat statuere, ut gabelle publice et cũ bannimentis solito more uendantur; Placet nisi ex aliqua iusta causa aliquando aliud uideatur Locumtenenti:

De officio Medici, et mag.ri ludi, et eorũ electione R.ca 9

Statuimus, et ordinamus Medicũ eligi debere in generali consilio doctorem phisicũ, et chirurgũ expertum ad bussulas, et palluctas per maiorem partem de duabus partibus cum salario ordinando, et soluendo per cõmune, et homines dicte terre. qui Medicus in primis, et ante omnia in uinculo conscientie. cũ ingredietur domũ infirmi teneatur eumdem monere ad se confiten. et recipien. Ecc.ca sacramenta, et si secunda, aut tertia uice usq; ad quartam uicem talis infirmus non fuerit confessus ad minus, idem Medicus omnino nõ accedat ad talem infirmũ curandũ. Itẽ talis Medicus bis omni die. uidelicet semel de mane, et semel de sero teneatur omnes infirmos uisitare, et mederi canonice ut sibi secundũ qualitatẽ personarũ, et infirmitatũ uidebitur, et casu quo aliquis infirmus uisitatus ordinarie in intermedio aliquod graue accidens fuerit ad petitionẽ eiusdem, uel alterius ad quẽ spectet teneatur ipsũ infirmũ uisitare, et curare ut decet. Insuper idem Medicus teneatur ad petitionẽ rusticorũ infirmorum habentium domũ in terra Gualdi accedere bis ad infirmũ rusticum eidem Medico parato per infirmum, quem curare teneatur, et alios ciues, et reuidere bis in die si se intra muros dicte Terre reduxerit. Item idem Medicus teneatur associare Vexilliferũ, et Priores ad solemnes missas nisi occupatus fuerit multitudine infirmorũ, quo casu dictis Vexillifero, et Prioribus licentiam obtineat, et similiter pernoctare extra terrã non ualeat sine Vexilliferi, et dnorum Priorum licentia; Idemq; Medicus teneatur reuidere res aromatarias, et quatenus reppererit in aliqua apotheca aliqua simplicia, uel composita uetera inutilia, et minus bona referat Dño Locumtenenti, uel Prioribus, qui habita noticia de dictis bonis puniant dictum Aromatarium ut infra in libro extraordinariorũ ¶ Itẽ simili modo ad bussulas et palluctas in generali consilio eligatur Magister ludi bonus, et excellens grãmaticus, morigeratus, et discretus cum salario deputando, et soluendo per homines dicte Terre. Qui Mag.r teneatur omni die non festiuo retinere scolam, et omnes scolaros erudire et docere

ac bonis moribus imbuere equaliter sine particularitate secundú gradus prerogati=
uam, et infantes, seu proximos infantie, et ignaros docere facere per peritos scolares omni
die, et eos singulis duobus diebus per se ipsum revidere; Alios uero scolares, qui legent
quinternú, donatú testualiter, uirtualiter, et qui grámaticá, themata, et concordantias, scá
dunt uersificantur, et epistolantur, omni die bis in mane, uidelicet et sero, reuideat, audiat,
doceat, concordantias, themata, epistolas, et uersus fieri faciendo, lectiones Virgilij, Ouidij,
Horatij, Ciceronis, salustij, Terentij, Platonis, lucani, Martialis, aliorú et Poetarum legendo
secundú gradus prerogatiuam, ipsosq scolares in diuinis instruendo Missas, et horas cano
nicas audiri faciendo, eosq singulis duobus mensibus confiteri faciendo, cú eisdé scolaribus
omni die festiuo ad edem sacram in uesperis accedendo Orationes, Aue Maria, salue regina et
omni sero, et die post recessú alta uoce per scolares fieri, et dici faciendo et demum scolas ha
beat in ecc.ª plebis sancti Joannis de Gualdo, uel alibi commode, et ibidem moretur, et pensio
nem trium florenorú de suo salario anno quolibet plebano soluat, et in cunctis se honeste gerat
et scolaribus bene intendat, et eos cú moderamine corrigat, et non cú seuitia; Et Priores associet
omnibus diebus festiuis uná cum alijs officialibus pena quinquaginta solidorú uice qualibet, et
in quolibet casu predictorú de suo salario retinen, ultra penas iuris.

## De officialibus Montis pietatis, et eorú Notario Rub. 10

Statuimus, ut officiales Montis Pietatis eligantur per generale Consiliú ad bussulas, et palluctas
per duas partes de tribus ad minus, et eligantur uiri idonei, qui prestita cautione manu Notarij ban
ce in manibus Vexilliferi, et Priorú de bene administrando curando, pignora manutenendo, Mon
tem, et bona sua augumentando, recipiantur, et admictantur, recipiantq pignora, pecunias, res, gra
num, et bona per inuentariú manu Notarij, et duret eorú officium ad libitú cómunis, et consilij, et
non ultra; Notariusq ipsorú conscribat pignora, et bona, et desuper ponat nomen pignorantis
et quantitaté pecunie mutuate, et inuentariú faciat de rebus omnibus Montis, quod successori in
fine sui officij uná cum rebus restituat, et bona elapsis duodecim mensibus si redempta nó fuerint
sono tube solenni subastatione premissa uendantur, concedantur, et liberentur plus offerenti, et sors
principalis una cú meritis, et prouisione consueta ponatur in capsa montis ad instantiá egenorú
quibus dumtaxat, et nó alijs mutuare dcî officiales possint, et mutuú nullo modo excedat summá
octo librarú ad plus, et residuú, quod supererit restituatur patronis pignorú, et nemini, qui habet

pignus non redemptũ interim mutuari possit, et pignus ualeat, et excedat duplũ quantita-
tis mutuate, alĩs officiales de eorũ proprio teneantur ipso facto, et similiter granũ d.ci Montis
nõ mutuetur nisi egenis, et de mense May, siue Junij, et non ante, et granariũ subtus palatium
dnoꝝ Priorũ sit semper ad usum d.ci Montis, et ei auferri nõ possit. Et quoniã ad p.ns Per-
franciscus perpauli guardioli fuit principali causa, et origo faciendi dictum Montẽ, et sua in-
dustria sine aliquo auxilio, nisi summi Dei opes d.ci Montis mirũ immodũ auxit, et continue ual
de auget cũ fiducia, ideo durante eius uita uolumus, et ordinamus, ut idem Perfranciscus sit
perpetuo officialis d.ci montis, prout aliàs ordinauimus, et ipsũ immunẽ ab omni onere Camere
et Communitatis merito facimus. Ordinamusq; ipsos officiales sindicari debere finito eorum
officio una cum cautione prestita, per D.num Locumtenentẽ, aut Potestatẽ, Vexilliferũ, et Priores
et collegiũ doctorum, et Notariorũ, et si bene se gesserint absoluantur, si autẽ male, et cũ fraude,
condemnentur in duplum, et cũ nota infamie perpetue, et prohibeantur, et eligi nunq; possint in
aliquo officio cõmunis, Et nihilominus formã capitulorũ, et cedulas existentes penès ipsos te-
neantur obseruare, et nõ excedere ad penam quinquaginta ducatorũ, et habeant pro eorũ salario
tantum, quantũ in cedula eorum, et non ultra.

## Correctio R.mi de Monte per supplicationem.

Sub rubrica de officialibus Montis statuitur ut pignora elapsis duobus mensibus si nõ fuerint re-
dempta uendantur, tempus breue est, Placeat, ut circa luenda pignora capitula montis seruen-
tur. Placet ut seruentur capitula super hoc.

## De officio sindicorũ Potestatis, et familie R.ca 11

Eligantur sindici Potestatis, assessoris, Militis, Notarij maleficiorũ, extraordinarij, et totius fami-
lie in nouo regiminis bussulo, et imbussulentur, et extrahantur ut conuenit, recipiantq; pro eorũ
salario à Camerario Camere octo carolenos pro quolibet ipsorũ, et per diẽ ante finitũ ipsius
officij officialiũ sindicandorũ per loca consueta Terre alta uoce banniri, et preconizari faciat
per preconẽ communis, q. quicũq; senserit se grauatũ à Potestate, assessore, milite uel aliquo
alio officiale de sua familia, compareat post sonũ campane de mane, et in sero in audientia
communis, et Notariorũ ad porrigendas suas petitiones con ipsũ Potestatẽ, uel officiales, uel
aliquem ipsorũ coràm dnis sindicatoribus ad recipien iustitie complementũ infra tres dies

proximos singulo mane, et sero prout uoluerit, aliàs post tres dies elapsos non admictentur petitiones porrecte, nisi subsistant aliquo probabili, et iusto impedimento, et ultra diem dictorũ triũ dierum aliud bannũ fieri faciant de mane, q̃ per totã illã diem usq; ad serũ porrigantur petitiones, aliàs non audientur amplius, et per totã diẽ Notarius sindicorũ recipere petitiones teneatur. Et Potestas pro se, et officialibus, et familia sua comparere teneatur, et in prima audientia cauere de stando iuri, et iudicatũ soluendo pro se ipso, assessore, milite, et ceteris officialibus, et familia, et respondere petitionibus porrectis contra ipsos, uel ipsorũ quemlibet negatiue, uel affirmatiue cũ iuramento, et contra eumdem Potestatem, familiã, et officiales formetur inquisitio de male gestis citato procuratore Camere, et cõmunis pro interesse ipsorũ respectiue, et respondeatur inquisitioni similiter affirmatiue, uel negatiue sine appellationis à sententijs forsan contra se, uel officiales suos ferendis, et post tres dies terminus quatuor dierum porrectoribus petitionũ, et ipsi Potestati, et officialibus assignetur ad probandũ incumbentia, et in termino testes, et alia iuris adminicula recipiantur ab utraq; parte, et super inquisitione formata, et petitionibus procuratorũ porrectis moneantur infra quatuor dies statutos ad probandũ, et faciendũ defensiones pro singulis diebus, et horis ad uidendũ iuramenta testiũ et productionẽ aliorũ iurium, et septima die, que erit ultima dies quatuor dierũ prefixa ad probandum banniri faciant sn̄tias ferendas pro octaua die proxima de mane hora iuridica in eadẽ audientia, et in die octaua hora predcã deum pre oculis habendo, dñi sindicatores sindicatũ omnino expediant absoluendo, uel condemnañ ut iuris fuerit, et post octo dies non teneantur Potestas, et officiales sindicatui amplius stare, sed si fuerint condemnati de facto soluere appellatione remota cogantur, solo recursu concesso in grauibus causis ad superiorẽ, et infra uiginti dies expediatur. Et in euentũ in quem Potestas, uel officiales nõ reperiant fideiussores, retineatur ultima paga sui salarij, et arnesia, usq; quo uideatur finis sindicatus et pro condemnationibus iuste de officialibus factis uendantur, et soluantur debita unicuiq; usq; ad concurrentẽ quantitatẽ, et si arnesia nõ habuerint, et petitiones excederent summã ultime paghe, retineantur dicti Potestas, et officiales in palatio dnorũ Priorum usq; ad finem sindicatus, et pro condemnationibus iuste factis carcerentur usq; quo iustitie satisfecerint. Mandantes tamen Potestatẽ, et officiales tempore eorꝫ

sindicatus associari per cives, et defendi, ne de facto ab aliquo facinoroso offendantur Officiales, et Potestas, patronus, sive caput ipsorũ sindicetur de simonia, barattaria, de excessu, et de inobservantia Statutoꝝ, et qꝫ processus Maleficiorũ in tempore nõ expedivit, sed pendentes dimisit, de iniurijs de facto factis in personã Gualdensium sine iusta, et rationabili causa, de blasfemia, de adulterijs, de Stupris, tortura iniuste data maleficio quolibet ats commisso, pro homicidijs, et alijs delictis atrocioribus merentibus penã corporalem carcerentur, nec expectetur finis eorum officij, et puniantur iuxta eorũ demerita. Dimictatqꝫ dcũs Potestas anteqꝫ absoluatur unũ scoppiectum per eũ soluendum ualoris unius ducati, et soluat Massario Murorũ pro reparatione florenos duos cũ dimidio Cancellario florenũ unũ pro electione, et cedulã ostendat, et dimictat taxas sui officij dnis secretarijs S^mi D. N. solutas, et aliàs condemnetur omnino, et nouus Pretor, et familia sntias latas contra precessorẽ exequatur sub pena amissionis salarij, et si compertũ fuerit potestatem, et officiales se bene in eorũ officio gessisse honorabiliter, associetur, et detur eis electio noua, ut post triennium ualeat ad dictum officiũ redire, et sibi omnis honor possibilis prebeatur, et nihilominus Camere, et cõi fiat quietantia, et Pretori litere patentes boni seruitij, et legalis administrationis officij

## Additio R^mi de Monte

Sub rubrica de officio sindicorũ placeat addere, ut pene tempore sindicatus officialibus infligende Monti pietatis applicentur. Placet.

## De officio Procuratoris Camere R^ca 12

Procuratorem Camere eligendũ esse à nobis, siue à Camere presidente putamus, officiũqꝫ suum uersari in procurando res Camere, augeri, et non diminui, in cunctisqꝫ Camere peragendis, et presertim in cunctis gabbellarũ, et aliarũ rerum alienationibus debere interesse, et contradicere quatenus in damnũ Camere fiant, et citari in processibus malefitiorũ, et in sententijs ferendis, et teneri ad procuranñ sollicitè cum solertia, et cunctis contra Camerã factis vesis

tere, appellare, prouocare, et alia facere, que fuerint necessaria, proq; eius salario nil aliud reci=
piat, nisi quòd à Camere collectis, et datijs sit immunis, et grauari ultra officiū suū nō possit.

## De officio Massarij Camere et Cōis Rca 13

Massarios communis imbussulari, eligi, et creari mandamus in bussulo noui regiminis, extrahendos,
et publicandos quando extrahuntur priores congruo tempore in fine officij precessorū, duretq; eorum
officium per quatuor menses, et in initio officij per manus Cancellarij Camere caueat de bene adminis=
strando, et fideliter retinendo computa introitus, et exitus, et reddendo rationē sui officij, sintq; uiri
etatis ad minus uigintiquinq; annorū, patres familias, et in bonis possideant saltem libras decem,
retineantq; ad dictum suū officiū peragendū Notarium matriculatū de collegio notariorū, per cuius ma
nus fieri faciant librum introitus, et exitus, in presentiaq; dc̄i Notarij exactiones, collectas, subsidium
impositas, et alias solutiones recipiant, et introitu annotent, et simili modo per manus eiusdē Notarij
soluant, et expendant, et nemini alij soluant primo, nisi debitū Camere aplice, deinde debitum decimarū ec=
clesiarum, et successiue debitū Medici, et aliorū antiquorū creditorū ordinatè, et nullo modo unum
per alium postponant sub pena quinquaginta ducatorū, simonias, et parsimonias solutionū facien
non recipiant, solutiones anticipando, et acceleran sub simili pena, et de mense martij usq; ad medi=
um mensem aprilis singulis annis cartutias expeditas à cartutiarijs in manibus habere curent, et
de quatuor mensibus in quatuor mensibus exigant, exigere faciant, et solliciti sint, et ab omnibus, et
singulis in primo mensis si nō soluerint cū comminatione executionis post quatuor dies proximos
iterum requirant, et sollicitent solutionē, et ex post si cessauerint soluere, Militi, et executoribus tradāt
non soluentes exequendos sine aliqua intermissione, et si secus fiat, et negligentes Massarij fuerint
in exequendo incidant in penā decem ducatorū, et ab ipsis Massarijs de suo exigantur à Camerario
Camere, et creditoribus, reseruato tamen Massarijs iure exigendi contra cessantē soluere omne id,
et totū, quod coactus fuerit soluere pro ipsis cessantibus soluere, Et omnes pecunie, et res cōis
ad manus Massarij perueniant, et nō ad alias manus, aliàs alteri date, et solute nō liberent
dantem, et soluentem, Expensasq; solitas, et necessarias cōis de mandato dnorū Priorū, et
Regulatorū, et per bullectas eorum sigillis signatas faciant; Alias uerò emergentes expen=
sas cōmunis fatiant de mandato generalis consilij, uel habentis mandatū ab eo, et relin=
quant in fine eorum officij libros Massariatus massarijs sibi successoribus bene calcu=

latos, et in ordine, et debitores nõ exactos Massarius nouus habeat in eius libro rescribere
renouare, et exigere, et omne pecuniarũ residuũ siquod habent in manibus, sin autẽ libros
dumtaxat dimictant. Et si in dictis libris plus expendisse compertũ appareat, q̃ à cõmuni,
uel hominibus receperint, non credatur dictis libris, sed per reuisores cassentur, et partite
sindicentur, et minuantur, incidantq; in penam Massarius, et Notarius decem ducatorũ si se
creditores cõmunis fecerint, et plusq; receperint expendisse scripserint, et ijdem Massarij sol=
uant Camerario camere debitum nulla expectata bullecta, sed alijs personis ordinatis soluãt
habita bullecta predcã manu Cancellarij, que in eorũ libro registrare faciant de uerbo ad uerbũ
Et nihilominus Camerarius, et Cancellarius cõis libros massariorũ copiare teneantur de uerbo ad
uerbum, et in Cancellaria communis recondere, In initio sui officij iurent in forma se bene, et
legaliter officium exercere, et libros reuisoribus resignare, et parere eorũ reuisioni, et habeãt
pro eorũ salario quolibet bimestri bononenos sexdecim, et totidem Notarius, dũmodo tamen
librum faciant, quia si de dcõ bimestri nõ imponeretur collecta aliqua, nullũ salariũ recipere
debeant, et pro eorũ labore, et remuneratione nil ultra petere possint, et ualeant ab aliquo, nisi
solutos sex denarios.

## Correctiones R[mi] de monte.

Sub rubrica de officio massarij Statuitur ut Massarius solutionis ordinẽ peruertendo, uel retentio=
nem faciendo incidat in penam quinquaginta scutorũ; durum est, Placeat redigere ad penã uiginti=
quinq; librarum. Placet reducere ad penã quinquaginta librarum.

Sub rubrica eadem Statuitur ut Miles cessantes soluere collectas cogat, et mercedem executionis exigat
contrariũ disponitur in alijs statutis, secundũ que contra debitores Camere, et cõmunis miles debet
exequi sine premio, et illa placeat confirmare. Placet de medietate mercedis

Sub eadem rubrica Statuitur, ut Massarius negligens in exigen de suo soluere compellatur, et ex ne=
gligentia decem aureorũ penam incurrat, si obseruetur unusquisq; officiũ Massarij recusabit. Pla=
ceat statutũ abrogare. Placet modificare ad penã decem florenorũ dumtaxat.

## De officio Reuisorũ, et Ratiocinatorũ officij, et libri Massarioꝝ cõis R[ca] 14

Reuisores, et ratiocinatores duo pratici, et experti librorũ Massariorũ per duos dies ante finitũ

Officium eorum à Vexillifero, et Prioribus eligantur ad sindican, ratiocinan, et computũ ponendũ officiũ massariorũ, qui ultima die eorũ officij in manibus dictorũ reuisorũ libros tradant, Ipsiq; reuisores, et sindicatores infra octo dies dictos libros bene uideant, et sindicent unà cũ bullectis, eidem Massario directis, cunctasq; partitas conformantes cũ bullectis bonas faciant, et nõ alias Et in eo, quod inuenerint Massarium debitorẽ condemnent ad triplum; si autem eumdẽ compererint officiũ diligenter administrasse absoluatur, in qua absolutione interueniat Camerarius, et Cancellarius camere, et cõmunis in pñtia Priorũ, et de eorũ consensu, et mandato, quem consensũ, et mandatum prebere teneantur, si reuisos bene libros massariorũ compererint, et nõ aliter, pena contrafacien uiginti ducatorũ ipso facto exigen, cũ salario bonon quatuor pro quolibet reuisore, et bimestri.

## De officio sindicorũ, et Gualdariorũ Castrorũ, et Ville Gualdi Rᵃ 15

Decernimus Vexilliferum, et Priores in initio sui officij teneri, et obligatos esse ad facien creari singulis duobus mensibus per homines uillarũ, et castrorũ unum Gualdarium compellendo homines, et uniuersitates prima die festiua proxima ad eligen sindicũ sue uniuersitatis, qui statim electus comparere debeat coràm Vexillifero, et Prioribus, ac Potestate et per manus Cancellarij, et Notarij maleficiorum iurare teneantur se omnia maleficia in eorũ castro, uilla, uel districtu infra biduũ à die commissi maleficij referre Notario maleficiorũ eo modo, et forma, ut percipient esse cõmissa in quibus interuenerint percussiones sine sanguine, cũ sanguine, cõmissiones furtorũ, adulteriorũ, stuprorum, raptuũ, et omnia alia grauia crimina, nec non denũciare rixas, questiones inimicitias, et causas quibus facile partes se offendere possent, necnõ exequi mandata superiorũ, et citationes sibi commissas à superiore, et omnia alia que fuerint oportuna, et particulariter sindicus castri sancti Peregrini eligatur à massarijs castri, et pareat Potestati, et Prioribus, necnõ dc̃is massarijs et Potestas, et Priores negligentes incidant in penã unius ducati singulis duobus mensibus, si predicta exequi non fecerint. Et sindici electi si officiũ diligenter non exercuerint multentur pena uigintiquinq; librarũ uice qualibet, Et nihilominus de maleficijs secreto commissis reportandis pe eos lucrentur quartã partem pene eis assignan per Camerariũ camere de eo, quod peruenerit cũ effectu in camera, et non aliter, et idem faciat de damnis datis in eorũ gualdaria cõmissis, et referat homines, personas, siue bestias damnũ dantes camerario camere et lucrentur quartam partem

pene, et banni si vendiderint damna anteq officiales processerint, et scripserint talia damna commissa et non aliter, uel alio modo

## De officio custodum siluarũ Rub 16

Statuimus siluarũ custodes quatuor fieri per Dnum Vexilliferũ, et Priores singulis duobus mensibus in initio prioratus unũ pro qualibet porta, qui cũ iuramento prestito in scriptis iurent siluas camere, et cõmunis diligenter custodiri facere, nec permictere eas comburi, nec cesas lignorũ, et siluarum fieri, ut demũ granũ seminetur, et presertim in loco uulgariter nũcupato Sparagaia frenguello, et linterio, et nemini sinant trabes, et tigna lignorũ uulgo nuncupatorũ Albano incidere et pro edificio sine expressa licentia Dni Locumtenentis, uel Potestatis et Priorũ, Ad quas custodienđ teneantur, et nemini liceat incidere, uel comburere in dc̃o loco Sparagaie, uel in alio loco ligna albani etiam pro edificijs uel pro serendo granum, nisi de licentia prefatorũ Dnorum in scriptis ad penam centum ducatorum contra facientibus uñe Camere applicande pro una rata, pro alia fabrice palatij Priorum, et pro alia dictis custodibus, qui si negligentes fuerint in reperiendo incisores, et deuastatores dictarũ siluarũ teneantur de eorum proprio resarcire, et Notarius maleficiorũ singulis duobus mensibus teneatur reuidere dictas siluas, et mictere pro custodibus predictis, Et si damnũ dantes non denunciauerint de facto cogat eos ad solutionẽ damnorũ et pene. Et si damnũ dantes denunciauerint cogat eosdẽ de facto ad penam et damni refectionem, Et casu quo damnũ dantes ignorent cogantur omnes laboratores, et custodes animaliũ conuersantes in montibus, ita q bene silua guardetur et cuilibet liceat accusare et ad requisitionem consilij generalis nulla alia expectata licentia ualeant, et possint omni tempore incidi

## Correctio Rmi. de Monte

Sub rubrica de officio custodũ siluarũ Statuitur, ut deuastans siluas Sparagaie, frenguelli, et lenterij et incidens albanos sine licentia Potestatis, uel Priorũ incidat in penam centũ ducatorũ, et eadẽ pena infligetur noualia in siluis, uel rancos facienti, Placeat dictã penã redigere ad uiginti quinq libras

Placet q reducatur ad penam uiginti ducatorum.

## De officio Grassariorum R^ca 17

Officiales decernimus eligi duos probos uiros per dños Vexilliferum, et Priores in initio eorũ officij sin=
gulis duobus mensibus, qui Notario maleficiorũ, uel militi dñi Locuntenentis uel Potestatis referant ex=
tractores grassiarũ, uidelicet grani, uini, spelte, ordei, olei, leguminũ, bestiarũ aptarũ ad faciendũ
carnes, pullorũ, ouorũ, casei, et aliarũ rerum; Et dicti Miles, et Notarius maleficioꝝ habita suma=
ria informatione extrahentes cogant ad solutionẽ unius ducati pro qualibet uice, qua grassiam
extraxerint, de qua quarta pars sit dictorum officialiũ, Et nihilominus miles, et notarius male=
ficiorũ contra extrahentes grassiã procedant, et puniant in simili pena unius ducati uice qualibet
et in facto repertos capiant unà cum bonis extractis, et extrahendis, que omnino sint, et intelligant
amissa ipso facto, nisi huiusmodi extrahentes licentiam habuerint à dñis locuntenente, et Priori=
bus de extrahendo dictas res, preter granũ, de quo extrahendo nõ possit dari licentia.

## De officio Baiulorum R^ca 18

Statuimus curiam Terre Gualdi tres habere idoneos probos, et iuratos baiulos, mandatarios, siue nuncios,
electos, et deputatos per dnũm Locuntenentẽ, siue Camerariũ camere, qui iurent bene, et fideliter officiũ exer=
cere in manibus camerarij, quorũ unus continuè seruiat officio dñi locuntenentis uel Potestatis, et familie,
eundo cũ Milite ad pignora facienda intus, et extra Terram Gualdi; Alter uerò seruiat dñis Priori=
bus continuè eorum mandata, et ambasciatas faciendo, et ponatur, et cassetur ad libitum dnorum Pri=
orum. Alter uerò inseruiat officialibus damnorũ datorũ continuè cũ eis accedendo ad faciendũ dcũm
officium, et eius incumbentia, et ad requisitionẽ partium, et priuatarũ personarũ citent, et referant ci=
tasse prout fuerit eis commissũ in manibus Notariorũ bance ciuilium, uel criminalium ubi causa pen=
dederit; Mandataq dnorum Locuntenentis priorum, uel Potestatis, notarij maleficiorũ, militis, et extraordinarij
exequantur, faciant, et expediant contra quoscumq prout fuerit eis commissũ, et mandatũ; Suisq cita=
tionibus, relationibus, et alijs in officio geren similibus adhiberi uolumus plenam fidem, et testimonium
Et pro eorũ salario singulo mense quilibet eorũ recipiat à Camerario camere florenũ unũ de marchia
et solita emolumenta à particularibus pro pignoribus, citationibus, et relationibus facien, ut moris est,
et nil aliud recipiant sub pena decem librarũ, et si falsã relationẽ aliquando contigerit aliquẽ ex baiulis
fecisse, mitriatus per totam terrã Gualdi fustigetur, et banniatur perpetuò

## De officio cartucciarioꝝ Rub^ca 19

Ordinamus Cartucciarios eligi, et fieri, ut in singula cartuttia non sit maior numerus decem hominum

et quicumque uoluerit soluerit solus, uel cum aliquo socio stare in cartutia, Notarij catasti teneantur ipsum solum, uel cum socio ponere ut ipse uoluerit, Ideamque cartutiarij teneantur recipere cartutiam in medio mensis aprilis usque ad finem de quatuor mensibus in quatuor mensibus, et exigere gratiose, habeat a cunctis quantitatem contentam in cartutijs prima uice, et secunda uice exigant cum comminatione, quod infra quatuor dies dabunt eos exequendos nuntij, et ita fiat sine aliqua intermissione, et mora, et partem camere soluant Camerario, et aliam ratam comunis Massario comunis, et si male pagantes exequendos non dederint post quatuor dies predictos, massarius teneatur executionem fieri facere contra cartutiarium de facto, et omnia expediant in principio quatrimestris, et Massarius exequatur ut supra in statuto de officio massarij continetur.

## Correctio Rubrice de monte

Sub rubrica de officio cartutiariorum statuitur, ut cartutiarius negligens in exigendo soluat de suo, durum est. Placeat statutum abrogare. Placet excepta inexcusabili mora, quo casu puniatur, et tractetur arbitrio superioris.

## De officialibus Guardie, et officialibus portarum Rubrica 20

Statuimus duos insaccularj, et extrahi per bussulum officiales guardie, unum uidelicet a platea supra uersus arcem, alterum uero a platea infra uersus portam sancti Benedicti, qui tempore suspitionis guerrarum partialitatum, quod Deus auertat, uel alio tempore dubio guardias, et uigilias facere teneantur per terram Gualdi; Et si casus acciderit, rumorem ad custodiam eleuare, et alia facere, que fuerint necessaria, duretque eorum officium per duos menses, et habeant a Camera pro eorum salario per dictum tempus carolenos quatuor pro quolibet. Item imbussulentur quatuor portinarij quatuor portarum, qui extrahantur ut moris est, et retineat unusquisque claues sue porte in qua moratur, et de sero hora prima noctis portas claudant cum clauibus, et in mane increpusculo aperiant, et non ante sine licentia Domini Locumtenentis, aut Potestatis, uel Priorum. Tempore autem suspecto claues dentur in manibus Domini Locumtenentis, et ad ipsum spectet aperiri, et claudi facere, recipiantque pro eorum salario singulo mense unum carolenum pro quolibet, et sine licentia premissa non aperiant sub pena librarum decem uice qualibet.

## Correctio Rubrice de Monte

Sub rubrica de officialibus Guardie, et Portariorum statuitur ut tempore suspitionis claues dentur in manibus Locumtenentis, insolitum est, et incommodum. Placeat statuere, ut cuiuslibet porte claues

suo Priori consignentur, qui in claudendo, et aperiendo sollicitam curam gerat. Placet excepto tempore suspitionis, quando aliter ex causa uideretur superiori, quo casu seruet statutũ.

## De officio Notarij sindicatorum R.ca 21

Notarius sindicatorũ imbussuletur, et per bussulum extrahatur, sitq; approbatus, et descriptus in matricula collegij Notariorũ, alias laceretur, et extrahatur alter de collegio approbatus, qui salariũ solitũ, et alia emolumenta solita recipiat, Inquisitionẽ generalem officialibus sub nomine Dnorũ Sindicatorũ formet, et banniri faciat sindicatum, terminos seruet, et assignet, de quibus supra in rubrica de officio sindicorũ, ab officialibus pro responsionibus, et pro iurium productionibus, examine testium, sñia ferenda, et alijs actis nihil recipiat, sitq; fidelis in cunctis, legaliterq; procedat sub pena quinquaginta librarũ contrafacientibus uice qualibet, Et sit contentus salario carolenorũ octo per Camerariũ, et Cancellariũ solui solito, et nil aliud petat, Et imbussulentur Notarij sex in toto triennio, et unus semestri quolibet extrahatur unà cũ sindicatoribus.

## De officialibus uiarum, et pontiũ districtus Gualdi R.ca 22

Officiales pontiũ, et uiarũ districtus Gualdi consueuerunt eligi per R.mum Dnum cum auctoritate faciendi remictere uias occupatas, dilatandi uias angustas, et manutenendi, et stratã flaminiam dilatandi in locis angustis usq; ad numerũ undecim pedum cõmunis ad minus, et alias uias publicas usq; ad pedes octo ad minus, uiasq; uicinales usq; ad quatuor pedes, Et ex officio possint procedere unà cũ Notario Maleficiorũ, Occupatores publicarũ uiarũ deinceps incidant in penam ducatorũ decem, et uicinalium in penam ducatorũ quinq;, quarũ dimidia sit ipsorũ officialiũ, et Notarij maleficiorũ, et alia medietas sit Camere, Ad ipsosq; officiales spectet, et pertineat inquirere, decidere, et terminare dictas uias tam publicas, q̃ priuatas summarie sine scriptis, appellatione remota, Et similiter refici facere Pontes ubiq; locorũ, precipiendo, mandando, collectas uicinis, et illis quorũ interest ponendo, et exigi faciendo pena unius ducati refragantibus, et non parentibus eisdem officialibus, qui de inobedientijs predictis quartam unà cum Notario maleficiorũ lucrentur, et omni mense teneantur sub pena quinquaginta ducatorũ inquirere omnes uias, et reuisere, Et aquas, siue paludes damnificantes uias diuerti faciant et per        si fieri potest deuient, et deuiari faciant

per vicinos interesse habentes sub pena predicta, Et in euentu in quem Rmus dnus dictos offici=
ales nō ordinauerit, dnus locumts teneatur dictos officiales ordinari facere, et in eius defectum
Potestas, et Priores sub pena centum ducatorū, ita q dictum officiū semper duret, et uacuū non
remaneat, et Miles et officiales omnino eis in cunctis ad eorum officiū spectantibus pareant im=
pune sub pena decem ducatorum

## De aqueductu, et fontibus, et eorum officialibus Rca 23

Officiales aqueductus, et fontium hactenus ordinari consuerūt per Rmum dnum, siue eius locumtenen
quos simili modo eligi in futurū, et ordinari mandamus, et in defectum eligi per dnum Potestatem
et Priores, Et quoniam dcī aqueductus sepe sepius supra arcem usq ad ipsorū originem uariys
in locis à facinorosis diruitur, et aqua tollitur, et per alia loca deuiatur, et presertim apud here=
mitoriū scē Anne, mandamus, ut aqueductus infra mensē supra arcem aptetur usq ad dictum
heremitoriū et cùm contigerit rumpi ab arce usq ad sanctā Annā in aliquo loco, decernimus
Molendinarios omnes existentes extra, et propè muros portarū scī Donati, et Martini teneri eorū
sumptibus ad reparationē dcī aqueductus, et rupture, siue expillature, siue deuiationis aquarum
etiam q uetustate, et proprio defectu aqueductus aqua ipsa aliter q̄s per cursū solitū in totū, uel
in minima particula, et officiales aqueductus curā, et reuisionē omnimodā habeant, ac aperiri fa=
ciant ats sumptibus eorum reficere teneantur de facto, Ab arce uerò intra usq ad Molendina
terre ultima, seu inferiora, mandamus aqueductum aptari, et manuteneri per Molendinarios molendino
rum existentiū intra terrā eorū sumptibus, et expensis pro dimidia, et pro alia dimidia uicinorū loci
ubi aqueductus deuastatus appareat, Et hoc in euentum in quē fractor aqueductus nō reperiatur, qui
si reperiatur sumptibus proprijs resarcire teneatur, et cogatur, et mulctetur in ducatis uiginti si fa=
cere potest, ats fustigetur per totā terrā, et officiales habeant quartā partē pene et ipsū aqueduc=
tum intra terrā reparari faciant, collectas imponeri, mandando, precipien, cogi et pignorari facien
et omnia faciendo, ita q aqueductus restauretur omnino, et manuteneatur perpetuo. Mandan=
tes simili modo fontes omniū stratarū per eosdē officiales manuteneri, et reparari simili mo=
do, et auctoritate, et fontes strate Porte Sti Benedicti usq ad ecclesiā Sti Francisci à porta predi

recto itinere altientur, et eleuentur supra terrã sumptibus uicinorũ, aliàs destruantur, et cooperiant infra mensem, ita q fontes ibidem numq sint, nisi eleuati, et pulchri cũ armis S.mi D. N. et R.mi D.ni Cardinalis, et ad eorum memoriã, et ad honorem, et ornatũ terre predc̃e; habeantq pro eorũ salario florenũ unum de marchia inter omnes à cõmune, et hominibus dc̃e Terre per manus Massariorũ uigore bullectarũ ipsis à Prioribus quolibet bimestri faciendarũ, et Miles, Notarius Maleficiorũ, siue extraordinarius utatur suo officio, et puniat proijcientes stercus, siue aliã spurcitiã in aqueductu, uel fontibus, et lauantes, uel intrantes in dc̃o aqueductu, uel discooperientes, aut dissoluentes, seu smurañ uel saxa de eo tollentes, siue alĩs quouis modo spurcantes contra formã statutoz de materia loqueñ in libris extraordinariorũ

## De officio Militis Rca 24

Statuimus Militem debere exequi omnẽs exactionẽs camere, et cõis infra annũ sine aliqua executione, et ad petitionẽ Massariorũ, et cartutiariorũ pro interesse cõmunis, et pro interesse camere ad petitionẽ Camerarij facere executionem, seu executiones sibi cõmissas recepta apoca continente nomina, et quantitates debitorũ, et post annũ de collectis cõmunis, et camere nil aliud recipiat nisi unum bononenũ pro quolibet debitore, exceptis gabellis, à quibus exigat solidũ unum pro qualibet libra, et exigat, et exequatur contra Gabellarios sm̃ formã instrumentorum, et emptionũ gabellarũ ¶ A, condemnatis uerò in maleficijs exigat solidum unũ pro qualibet libra, et in extraordinarijs, siue damnis datis bononenũ unũ à quolibet debitore. ¶ A, particularibus uerò personis pro eius executione recipiat sm̃ consuetudinẽ hactenus obseruatam ¶ et unum uiaticũ cm̃ exigat in una uilla, uel castro, uel in duabus uillis propinquis per unũ miliare, distribuendũ quibus in illa die, et loco accesserit ad facieñ executiones, ¶ Resq et pignora infra tres dies bamniri faciat ad reluendũ infra octo dies, aliter dentur gabellario pignorum pro executione, et sorte principali ¶ Idemq Miles ius summariũ, et iurisdictionẽ habeat uerbo sine scriptis cognoscendi, et terminañ causas usq ad summã quatuor florenorũ, precipiendi, et mandandi usq ad summã duarũ librarũ solita emolumenta recipiendo ¶ Condemnatosq in maleficijs cuiuscũq sũme pecuniarie capiat, et ad Palatiũ ducat, et nisi cautionẽ idoneã in scriptis manu Notarij maleficiorum dederint de soluendo infra sex dies, in carceribus ponantur, et retineantur usq ad solutionẽ et compositionẽ ¶ Alios uerò condemnatos capitalr̃, uel corporalr̃ in abscissione, uel mutilatione membrorũ, uel pecunialiter, et in defectu corporaliter in carceribus ponat, et retineat, donec eidem

ordinatū fuerit quid agendū ¶ Contra alios uerò facinorosos compertos in facto, et in fragranti crimine capiat, et in presentia Dñi Judicantis ducat punien prout iuris fuerit ¶ Pareat Dño Locumti sive Potestati, Vexillifero, Prioribus, et omnibus officialibus respectiue sm̄ quod eorū officia exigunt sub pena unius ducati ¶ Captos pro ciuili in compedibus, et uinculis ferreis non ponat, sed sinat stare in carcere clausos sine alio ligamine ¶ Neminē percutiat, siue torqueat sine mandato ad penam centū ducatorū, nisi resistentes, et qui armis, bastonibus, lapidibus, uel alijs diuerticulis se opposuerint, contra quos procedatur ut infra in libro maleficiorū de facientibus resistentiā, uel se opponentibus curie. ¶ In ceteris uero homines Gualdenses, et alios discrete, et patienter audiat sine rumore, et prolatione uerborū iniuriosorū, sed modeste, ut decet, Et gualdenses, et alios, qui uerbis minus honestis contra ipsū, uel familiam usi fuerint processari faciat per Notarium maleficiorū, et puniri faciat ut infra in libro maleficiorū, aut eis mandet sub pena solidorū uiginti, ne recedant de Palatio, siue ut se conferāt ad palatiū, et ne recedant, Et de premissis uerbis minus honestis prolatis constare faciat Dño locumti uel Potestati, et ipsi puniant culpabilem repertū sm̄ formā statutorū in libro maleficiorū de materia loquen. ¶ Insuper non ingrediatur, nec frangat domos clausas, sed carta signet descripta in ea pena unius floreni, ut non aperiat, uel ingrediatur, nisi primo, et ante omnia creditorē talem de tanto credito summa expressa ꝑ concordauerit, et de licentia ipsius executoris. ¶ Et domos apertas intret cū baiulo, siue mandatario, et in primis alta uoce uocet dnūm domus, et petat sibi pignus dari causa expressa, et si renunciauerit pignus dare, mandet sub pena duarū librarum ut pignus tradat, aliàs pro sorte, et pena executionē faciat, Et si aliqui Gualdenses ut consueuerūt multi, dixerint nolle pignus dare, sed uelle se uenire cū milite, tunc Miles teneatur illū talem ducere in Palatium, et mandare ad penā duarū librarū ne recedat, donec creditori satisfecerit, et aliàs si discesserit exequatur iterum con ipsum ad penā predictam, et sortem principalem cū duplici executione, Et si pignorā habere non poterit, uel non inuenerit, talem principalem in carceribus ponat, et retineat usqȝ adeo integrè satisfecerit; Et militi cū baiulo, siue mandatario medio iuramento credatur, et stetur in predictis ¶ Item teneatur facere inquisitionē de armis de die, et de nocte, et omni nocte ad penam unius ducati teneatur perquirere terrā post sonū campane, et aliquando perquirere extrahentes grassiā, et omniū commissionū executionū sibi à Dño locumte uel Potestate, Prioribus, Vexillifero, Camerario, Massarijs, cartutiarijs, officialibus uiarū, [illegible]

aqueductus, fontiū, custodum siluarū, uel alijs officialibus requirat, et habeat cedulam, et
mandatū, quod in insilza remictat, et mandata expedita in fine officij dnis Sindicatoribus res
tituat; Alia uerò mandata, et cedulas non exequuta, et expedita in pñtia dnorum Sindicorū
restituat habentibus interesse, uel militi successori pro ciuili dumtaxat causa ¶ Muliebres ues
tes pro debitis uirorū nō capiat pro pignore; boues aratorios, et eorū officinia instrumenta
similiter nulli auferat, nec cubile, omnia uerò alia indistincte capiat; Associetq; in diebus so
lennibus festiuis dnōs Priores unà cū alijs officialibus ad penam solidorū quadraginta uice
qualibet, et in cunctis se bene animose gerat. Et omnia premissa, et alia faciat, que suo incum
bunt officio, et que hactenus iustè consuetū est facere, Et in fine officij sindicatui pareat, et de fa
milia singulo mense mostrā faciat, et reddat officialibus deputatis pena decem librarū uice
qualibet contrafaciendo; Sntiasq; capitales exequatur, et ad mortē damnandos, uel fustigandos
mitriandos, bullandos, et alias penas passuros ad locum iustitie deputatū ducat; Iustitiam per
ministrum iustitie administrando, quem ministrū forensem pauperrimū sine arte, et uagabundū
eligat et expediri faciat de facto, dato eidem salario consueto per Camerariū Camere, et nullatenus
Gualdenses ad predicta cogi possint sub pena contrafacientibus quinquaginta ducatorū auri:

## Correctio Rmi de Monte.

Sub rubrica de officio militis statuitur, ut aperiens hostium sigillatū per militē pena unius floreni
puniatur, Placeat dictam penam reducere ad solidos uiginti, Placet de medio floreno.

Sub eadem rubrica statuitur, ut Miles si ei petenti nō detur pignus, possit cū baiulo domū ingredi
et pignora capere, inhonestum est. Placeat statuere, ut Miles sub pena decem librarū nō ingredi
atur pro pignoribus faciendis in alia causa, q; criminali, sed baiulum intromictat, qui pignora
capiat, Placet nisi baiulo denegetur, quo casu stet statutum: .

## Correctio Rmi de Saluiatis

Prauas exactiones extirpando, que plerumq; per executores fiunt, Ordinamus sociū militē, et alios
officiales exequentes à debitoribus exigere non posse nisi unicā tantū mercedem pro quolibet, satis
facto tamen prius debitore sm̄ formam statutorū, executoris mercedem limitantiū, Concedimus
unicā mercedem exigi, nisi debitor fuerit à creditore licentiatus uerbo, aut in scriptis, Et quo ad
summā dcē mercedis mādamus obseruari cōsuetudines hucusq; per alios antecessores obseruatas.

Io. Cardinalis de saluiatis.

## De officio Notarij Maleficiorũ R.ca 25

Notarium Maleficiorũ decernimus per dñum locumtenentẽ, uel Potestatẽ duci expertũ, et praticũ, qui teneatur processus maleficiorũ inceptos per predecessores, et nõ finitos prosequi, et finire, et si obcarentiam testium, uel aliũ defectum finiri non potest, pronuncietur causa quare nõ finitur, et stet sic, et prosequetur donec dñus locumt.s uel Potestas unà cũ Prioribus decreuerint iusta ex causa abolendum Alios uerò processus prosequetur usq; ad sententiã inclusiue, Alios uerò per se incipiendos et per dñum locumtenentẽ, uel Potestatẽ dnum suum formet. Et primo ponat in bastardello, et si per inquisitionem procedatur, et habita uerificatione per unũ testem per informationẽ curie in libro magno ponat non inquisitionẽ plusq; testis probauerit in actis, et demũ si causa inquisitionis est pecuniaria, et inquisitus sit soluendo, mittat eum citari per nunciũ ad primã ad responden inquisitioni contra eum formatæ, prout in actis maleficiorũ, et si comparuerit, lecta sibi inquisitione uulgari sermone respondeat data cautione de stando iuri, et se presentan͠ & respondeat affirmatiue, uel negatiue, et terminus assignetur ut infra in libro maleficiorũ; si autem non comparuerit mittat eum citari per mandatarium cum cedula continente tenorẽ ad secundã, et si comparuerit admittatur ad responsionẽ, et alia ut infra in libro maleficiorũ; Si autem causa inquisitionis est capitalis, uel mutilationis membrorũ, habita informatione curie per unum Testem omni exceptione maiorẽ personaliter capiatur, et in carceribus ius suum dicat, et si se innocentem probauerit sũmarie & relaxetur sub cautione arbitrio iudicantis attenta qualitate persone de se presentando & et demũ causa expediat ut iuris. si autem culpabilis reperiatur, puniatur sm̃ formã Statutorũ, et seruentur termini de quibus in libro maleficiorum; Si autem talis inquisitus fugam arripuerit, citetur prima uice uoce secunda cũ cedula continente tenorem, demum banniatur ut infra in libro maleficiorũ, et condemnetur postmodũ ut iuris fuerit. In accusationibus, et denunciationibus procedatur ad citationes, et alia omnia ut supra, et informationes habeantur pro interesse curie in causis corporalibus, et mixtis, Et Notarius predc̃us faciat bastardellũ, in quo scribat omnes informationes curie, quas in libro magno processuũ parte citata apponat dum cause discutiuntur, et testibus pro informatione curie habitis repetantur parte citata in libro magno, et deleantur de bastardello, et contra contumaces similiter ponantur in libro, ut processus iustificati semper appareat alias processus sint nulli, et nullius roboris, et copie omniũ inquisitionũ, denunciationũ et accusationũ dentur ante secundã missã cedulam conformes camerario camere, Insuper idem Notarius maleficiorũ refirmare faciat omnes treguas factas tempore predecessoris sui, ut in libro treguarũ ponat per ex-

tensum, aliasq₃ treguas faciendas tempore suo sollicitus aliquos rixasse ad inuicẽ aut uerba minatoria fuerint prolata scandalo uereretur, sitq₃ sollicitus ad penã quinquaginta ducatorũ et non descripserit citauerit, coegerit, et publicauerit instrumentum undiq₃ si principales haberi non possunt ad cauendũ, consanguinei, et proximiores affines usq₃ in tertiũ gradum de iure canonico cogantur de facto ut infra latius de tregua, et pace ¶ Recipiatq₃ notarius pro responsione cũ fideiussione bononenos duos, pro cautione de nõ offenden bonon duos, pro examine testium bononenũ unũ pro quolibet teste, et bononenũ unũ in omnibus alijs comparitionibus uice qualibet, et bononenũ unum pro qualibet facie carte in copijs dandis; Librumq₃ treguarũ, maleficiorũq₃ bastardellũ camerario restituat publicatos sententiasq₃ maleficiorũ omni mense semel ad minus ad librum camere camerarij in membranis ponat citato procuratore fiscali, ad concordan dictas sententias cũ sententijs que remanent in libro penès ipsũ Potestatẽ, siue Locumtenentẽ, et cannas muri, et quantitates pecuniarum intus per extensũ, et figuras literarũ ponat, extra uerò ponat sũmam eorũ per abacum siue figuras arismeticas, Teneaturq₃ idem Notarius maleficiorũ ad petitionẽ militis ad exequen sine aliqua solutione accedere, et associet in diebus festiuis dños Priores ad solemnas Missas unà cũ alijs Et sindicos Castrorũ, et uillarũ singulis duobus mensibus in introitu dñorum Priorũ fieri, et iurari faciat; Contrafacientes uerò in aliquo predictorũ ultra premissa, in libris decem uice qualibet puniatur et rogare se non possit de his, que fiunt extra suũ officiũ, et sindicatui unà cũ alijs in fine officij stet, et omnino pareat

## Correctio R.mi de Monte

Sub rubrica de officio notarij maleficioꝝ statuitur, ut Notarius pro rogitu tm̃ exigat bononenos duos, pro responsione cũ fideiussione bonon duos, Placeat statuere, ut hec, et alia impendia, ut cassationes processus innocenti comperto restituantur per officialem si ex officio, uel per querelantẽ, denunciantem, uel accusantẽ, si per querelam, denunciã, uel accusã processũ sit, et nihilominus unũ tantũ, et non duos bononenos exigat iuxta morẽ. Placet in reperto innocente, et ꝙ regulariter nõ exigatur ultra bononenum unum cum dimidio.

## De officio Notariorũ Massariorũ R.ca 27

Insacculentur, et extrahantur Massarij, et Notarij tres anno quolibet, sintq₃ Notarij matriculati, et approbati in collegio notariorũ, nec sint clerici, uel religiosi, qui diuinis, et nõ secularibus se habent intromittere; librasq₃ Massariorũ in fine eorũ officij publicandos introitus, et exitus bene

bene retineant, in cunctisq; solutionibus, et receptionibus Massarij intersint, et eosdẽ in libro ad introitum, et exitum ponant ut recipient, et soluent, Bullectasq; dñorum Priorũ, et regulatorũ sigillatas habitas in insilza reconditas, et in libro registratas. Lucrentur autẽ pro eorũ salario bononenos sexdecim pro quolibet bimestri, prout supra de officio massariorũ, Iurentq; in manibus Cancellarij de bene administran̄ suũ officium, et contrafaciens incurrat penã centũ solidorũ uice qualibet.

## De officio Concilij Generalis Rũca 28

Statuimus generale Concilium fieri, et imbussulari singulis tribus annis, et constare ex numero quadraginta octo, et duodecim consiliarijs secretis, et quatuor regulatoribus, et decem Camerarij artiũ possint esse de eodem numero generalis concilij, qui sint pro una parte ciues, et pro alia rustici, et similiter alia officia distribuantur, ut ciues pro una parte adsint, et pro alia parte adsint rustici, habeatq; dictum Concilium tantã auctoritatẽ, quantam habet totus populus Gualdi. quod Conciliũ conuocetur prima dominica Introitus officij quorumlibet dñoꝝ Priorũ, et alijs uicibus prout res, et negocia exigent, et erit necesse, adhibita tamen prius licentia dñi locumtenen̄, uel Potestatis locũ sacrosanctẽ rom. Ecc. obtinen̄; Nilq; in dicto Concilio proponere audeant, uel possint, nisi de licentia expressa dicti dñi Locumtenen̄, uel Potestatis, qui nihilominus personalr̃ habeant interesse, et al̄s facta, et obtenta in dicto concilio nullatenus ualeant. Et primitus antequã aliquid ponatur in dicto concilio, ponatur in secreto coràm dñis Prioribus, et Regulatoribus, qui corrigere, et reuidere habeant preponenda, et correcta per eos postmodũ per Cancellarium cõis alta uoce in generali concilio legantur, et super qualibet preposita prius factis arrengationibus in loco solito mictantur ad partitũ ad bussulas, et palluctas, et obtineant affirmatiue qui duas partes de tribus palluctis, seu uocibus obtinuerit, et si minus fuerint partitũ intelligatur deperditum, Et si quando res exiget, et necesse fuerit communi rem aliquã uincere, et per aliquã garã, siue sectam non ualuerit uincere, sit in arbitrio dñi locumtenen̄, uel Potestatis mictere partitum ad bussulas, et palluctas, ualeat partitũ, et uictũ intelligatur per maiorẽ partẽ, dummodo una faba, seu pallucta excedat aliam partẽ negatiuẽ. In dictoq; concilio nil ualeat preponi, quod sit directe, uel indirecte contra statũ sacrosancte Romane Ecc. uel R.mi dñi aut Gubernatoris Gualdi, aut aliquod aliud, quod turbaret pacificum uiuere Gualdi sub pena rebellionis, et confiscationis omniũ bonorũ, Conuoceturq; dictum conciliũ factis prius debitis bannimentis per loca solita, et pulsata campana, ac uocatis consiliarijs ut moris est, et si omnes sexaginta

consiliarij non affuerint, illi qui non venerint facta debita requisitione per Cancellariu comunis mulctentur in pena unius caroleni, et in libro cois ponantur, et fiat executio de facto, et pene ipse convertantur in fabrica Palatij cois, sive Prioru, et nihilominus sufficiant quadraginta consiliarij ad omnia negocia peragenda, et tantá auctoritaté habeant, ac si omnes consiliarij, camerarij, Regulatores, et consiliarij secreti convenirent, sintq viri discreti, et in concilio togati, sive cum pallio, sive cappa colorata compareant, et voces non emictere, sed sapienter se gerant, ac pacifice cum Dei auxilio ad honorem sumi Dei, sancteq matris Ecl. et Rmi Dni, ac comunis Gualdi

## Correctiones Rmi de Monte

Sub rubrica de officio generalis concilij statuitur q partitu intelligatur deperditu si per duas partes ex tribus non erit obtentu, sm leges, et vetus statutu, quod maior pars statuisset obtineat. Placeat statuere, quod maior pars presentiu in concilio fecerit, hoc ratum sit, dummodo pars maior minorem excedat saltem per fabas septem. Placet si due partes concilij sint pntes. alias stetur et servetur statutu pns.

Sub eadem rubrica statuitur, ut Priores sine licentia Locumtenenti, vel Potestatis conciliu congregare non possint, Placeat statutu abrogare, et decernere ut locumtenens, vel Potestas concilio possit si vult adesse. sed ne fiat inhibere no valeat. Placet nisi ex maxima causa aliter videbitur Locumtenenti, et q no fiat sine presentia alterius ex ipsis si volunt interesse q eis significetur, nisi quando contra eos fieret ut habeatur recursus ad superioré, quo casu impediri non valeat

## De Bussulo et novo scrutinio faciendo Rca 29

Statuimus quolibet triennio in fine eiusdem per octo dies ante finé finito bussulo regiminis fieri debere novu bussulum regiminis hoc modo videlicet, q Priores pro tempore tunc existentes fieri faciant generale concilium in quo proponant bussulu regiminis finitum et renovari debere pro tempore futuro, et in eodem concilio eligantur quatuor homines pro qualibet porta duo cives et duo rustici, qui habeant homines sue porte congregare, et Taglionem, et listam hominum novi regiminis de consensu suaz portaru facere, et cum dictis listis coram dnis Prioribus, et Vexillifero comparere, et habito colloquio cu dno Locumtenente sive Potestate, sive superiore si opus erit, novu regimen, et bussulu secreto faciant, et

palluctas, et bussulū faciant, et componant Vexilliferos, Priores, Regulatores, conciliū secretū, camerarios artiū, sindicatores, Notarios catasti, notarios sindicatorū, Massarios, et Notarios massariorū, officiales guardię, sindicos Montiū, sensales, et omnes alios officiales fieri solitos annotando, palluctando, discernendo, et associan͂ ut conuenit, loca, et officia sm̄ qualitatem personarū discrete assignan͂, remotis ab eis ira, prece, odio, et omni humana gratia. Et anteq; incipiant palluctare Missā solemnē audiant, et recepto iuramento in manibus dn̄i locumtenen͂ siue Potestatis de nouo regimine bene, et discrete facien͂, dicti dn̄i Priores, Vexillifer et homines electi sese in loco secreto palatij dnorum Priorū claudant, et nō exeant donec bussulum et nouū regimen pacifice, et quiete perfecerint, et si non fuerint concordes adhibeant secum dnūm Locumtenentē, uel Potestatē, et secundū eorum discretionē nouū bussulum, et regimen faciant si placuerit, atq; si hec nō sufficiant mictantur taglones hominū ad superiorem, et secundū quod superior disposuerit inbussulentur, dictumq; bussulū, et regimen pro triennio et minori tempore faciant, prout uidebitur expedire, Nominaq; inbussulatorū nō pandantur et contra facientes sn̄tiam excōmunicationis incurrant, et pena uiginti quinq; ducatorum nihilominus mulctentur.

Rettori delle Arti

## De officio Camerariorū artiū R.ca 30

Item Statuimus camerarios artiū extractos ex bussulo pro semestre sui officij, eorū officium bene, et discrete gerant in consilijs peragendis cōis conueniant, et uocē eorū habeant singulisq; festiuitatibus sancti Angeli de mense Januarij, et de mense Maij, ac etiam S.ti Stefani, sancti Donati, s.te Caterine luminaria artiū fieri faciant, annotando omnes, et singulos de eorum arte, ac euocando alta uoce, et non uenientes cū lumine scientiā habeant mulctandi de facto usq; ad summā duorū carolenorū, similiq; modo in alijs festiuitatibus, et Processionibus in Ecclesijs, et locis solitis, et consuetis sm̄ consuetudinē Terre hactenus obseruatā luminaria fieri faciant, et capitula artiū propria obseruari faciant, et mandent; Et pro honoribus faciendis grauamina ponant hominibus artiū qualitate cuiusq; persone ut eis uidebitur et ab omnibus de nouo artem facientibus, camere proprie artis exigant in principio, quo

cepit artem facere florenũ unum pro luminarij cereis, et alijs negocijs peragendis in dc̃a arte, Et si ipsi Camerarij negligentes fuerint in exequendo premissa, incidant in penã unius floreni qualibet uice, et in cunctis peragendis eisdem camerarijs pareant, et assistant Miles, Notarius maleficiorũ, extraordinarius, et familia dñi Locumtenentis, siue Potestatis secundũ artis exigentiã pena unius floreni contrafacien͂

## De officio sindicatorũ, et siluarũ, siue vancatorũ Rᶜᵃ 31

Decernimus sindicos, et exactores montiũ, grani, et fructuum recolligendorũ in rebus cõis extrahantur tempore eorũ extractionis, habito iuramento in forma ab officialibus montis pietatis, et societatis corporis xp̃i, habeant recollectum ubiq; in bonis communis, solicite exigere, et in manibus officialiũ Montis pietatis tradere, et reponere in publico Monte communis secundum eam mensurã, quã exacti fuerint à priuatis, quod granũ ad aliũ locũ portari nõ faciant, nisi ad granariũ Montis pietatis, et in notã describant laboratores bonorũ, et bona communis laborata, ac qualitatẽ grani à singulis exactam, precisã, et taxatã, quã notam officialibus montis predc̃i tradant, et similiter fiat de alijs fructibus in bonis cõmunis, et camere recollectis, habeantq; salariũ solitũ, et consuetũ, et per substitutũ nõ seruiant, et data necessitate, siue impotentia eligatur alter eque idoneus per homines dicte societatis: ..

## De officio Tubicinum Rᶜᵃ 32

Tubicine conducantur per Camerarium camere singulo anno, duo, et si bene seruient confirmentur, bannimenta publica de mandato dñi locumtenen͂, uel Potestatis, dñorum Priorum, uel aliorũ officialiũ sm̃ commissionẽ faciant, dummodo non sint contra sedem ap̃licam, et Rm̃um dominum, suos Gubernatores, et communitatẽ Gualdi, et dũmodo honesta, iusta, et pro bono regimine terre fiant, sn̄tias Maleficiorũ, damnorũ datorũ, et extraordinariorũ faciendo, bannimenta honesta priuatorũ, que neminem ledant, sed ad notificationẽ, uel conseruationem iurium, uel pro reperiendis rebus amissis, siue disperditis fiant; Alia uerò bannimenta grauia non fiant sine licentia dñi Locumtenentis, uel potestatis, Consilia facienda, exactiones camere, et cõis, et omnia alia necessaria, et consueta banniant ut moris est, Item dñum locumtenentẽ, uel Potestatem, et dños Priores associent, et eis pareant ut superius est

statutu, salariuq à Camera carolenos octo singulo mense recipiant pro quolibet tubicina, et à priuatis pro quolibet banno unum bononenu, et pro quolibet pignore bannien bononenu unum, et als secundum consuetudinem hactenus obseruatam.

## Additio Rmi Dni de Monte

Sub rubrica de officio Tubicinu placeat addere statutum uetus omissu, ut Tubicines Confaloneriu ad palatium ad domu uenientem, et redeunte comitare debeant sub pena priuationis officij. Placet sub pena unius floreni.

## De officio Sensariorum Rica 33

Statuimus Sensarios cois creari quatuor singulo anno, duos ciues, et duos rusticos, qui carnes, grascias, et omnia alia uendenda ad usum hominu extiment, et preciu, siue modum uendendi qualificatu, et taxatu sm temporis qualitate, et rei exigentiam ad utilitate priuatoru, et ementium, Nilq sub pena uiginti quinq libraru pro sensaria recipiant, sed amore publico terre officium exerceant, sintq in cunctis discreti, et honesti:

## De officio extraordinarij, et famuloru Potatis Rica 34

Officiales extraordinarioru, et famuli dni Locutenentis, uel potestatis ducantur experti, dcusq officialis sit sollicitus, stradas mundari faciendo, aqueductu, et fontes politos, purgatos retineri facien, et illesos ab omnibus carnificibus, pisceuendulis, panifaculis, pizzicarolis, salarijs, tabernarijs, cauponibus, et Molendinarijs insisten, mensuras pondere adeguan, unà cu famulo Prioz bullan, uias extra terrà dilatari, et manuteneri, et festiuitates custodiri facien, et multa alia facien que sunt sui officij, pt infra in libro extraordinarioru, Pareatq dnis Prioribus in cunctis honestis sui officij, eosq in diuinis associet, cu milite uadat, et exeguatur, nulla parte exec.nis habita, blasfematores lusoresq insequatur, et alia faciat, ad que tenetur, et consuetu est per eu fieri pena uiginti solidoru uice qualibet si iniuste aliquem pignorauerit: famuli quoq dni Locutenen, uel potestatis sint bene armati, associent militem cu armis astatis, et militi pareant exequen, capien, pignoran, torquen, et alia facien, que eoru incumbunt officio, et gualdensiu couersationem non habeant:

# Liber secundus super Ciuilibus.

## De Judicijs summarijs R.ca p.a

Ne cause in longũ trahantur, et friuolis exceptionibus, ac dilationibus lamentur, decerni-
mus conuentos ex causis, et rebus mercantiarũ artiũ, operarũ, coptumorũ, affictuũ, et res-
ponsionis fructuũ summarie exigi sola facti ueritate inspecta etiam sine scriptis, Et simi-
li modo debitores Ecclesiarũ piorũ locorũ, pupillorũ uiduarũ, forensiũ, pauperũ, et mise-
rabiliũ personarũ cuiuscũq; sint qualitatis, et extimationis reiectis dolosis, friuolis, et ca-
uillosis exceptionibus, et ordine, et tela iudiciaria omni hora, et omni tempore preter fe-
riatos in honorem dei arbitrio dñi locumteneñ, uel Potestatis, et militis coram quibus ca-
use agitabuntur, qui non attendant formulas libellorũ, et petitionũ, sed ueritatem intuean-
tur ex probationibus coram se factis, et secundũ probata iudicent, et determinent etiam si
probationes petitioni et libello non conformentur, Ipsasq; causas assignatis prius duobus,
uel tribus breuibus terminis arbitrio iudicantis terminent, et expediant breui manu, media
executione statim ueritate habita fienda, remotis friuolis appellationibus, et exceptionibus
dilatorijs, et alijs friuolis allegandis non obstantibus, Et inter quascũq; personas etiã diui-
tes usq; ad summã quinquaginta librarũ, uel extimationẽ similem, ius summariũ reddat
modo premisso, et contra contumaces in prima, uel in secunda citatione pro petitis fiat exe-
cutio realis, que remictatur contumace comparente, et expensas reficiente.

## De modo et ordine citandi ad iudicia R.ca 2

Statuimus in sũmarijs causis citationes commicti, et uerbo fieri per mandatarios, et baiulos
publicos, et iuratos, et si domi relatũ fuerit esse citationẽ factam pro sequenti die, et hora iu-
ridica intelligatur facta, et si personaliter relatũ fuerit reum, uel actorem, aut eorũ procura-
tores, uel quoscũq; alios citatos, uel apprehensos esse pro ea hora, qua relatũ fuerit in-

intelligatur facta, et ius reddatur, Notariusq; cause actuarius commissionē, et relationē appo-
fideliter in libro actorum, et plena adhibeatur fides, ac si mandatarius cū cedula continente tenorem
citasset, et hoc locū habeat in Terra Gualdi, et eius districtu, et inter subiectos iurisdictioni Gualdi,
et sui Locumtenentis, uel Potestatis, et simili modo fiant citationes, et relationes coram arbitris, et
in causis damnorū datorū, et extraordinariorū, et in omnibus causis, que Gualdi agitabuntur coram
ordinarijs Gualdi, et hoc locum habeat in sūmarijs, et arbitrarijs causis, In ordinarijs uerò prima cita
tio fiat cum tenore libelli, relique uerò citationes fiant ut supra, et alī nō grauent in cedularū missione.

## De libellis, et causis ordinarijs, et contumacijs non comparen. R^ca 3

Causas ordinarias, et libellarias illas recipi uolumus, et mandamus, quas actor, uel reus, aut alter ipsorū
non petierit compromitti, et de eis nō liquet per publica, liquida, et executiua Instrumenta, et que summā
quinquaginta librarū excedunt, in quibus una die pro alia personaliter, aut domi citationes cū com-
missione, et cedularū tenore dimissio fiant prima uice, et demum uerbo, ut superius in causis sum-
marijs ordinatū extitit. Et si reus prima uice contumax fuerit, et nō comparuerit, citetur secunda
uice una die pro alia domi, uel personaliter uerbo, et si contumaciter nō uenerit, tercio ut supra una
die pro alia requiratur ad litem contestan. confiten. uel negan. et de iure responden. cū cōminatione
q si non comparuerit habebitur pro uero contumace. Et libellus productus, et omnia in eo contenta pro
confessatis; Et si non comparuerit, et in eadem contumacia perseuerauerit, Iudex cause ex officio liqueri
summatim in absentia rei faciat, Et liquidatione facta quarta uice una die pro alia ut supra requiratur
et citetur ad uidendū tradi tenutā, et possessionē pro petitis tam realibus, q personalibus, et in con-
tumacia tradatur, et consignetur ad libitū actoris, termino reo assignato quatuor mensiū ad reluen.
et non ultra, Et simili modo actor requiratur si causā inceptā deseruerit, et ultimo uice imponatur
silentium si in termino quatuor mensiū causā non prosecutus fuerit ut incepit, Et si post primā
contumaciā comparuerit in aliquo ex dictis terminis, et temporibus assignatis, refectis ex-
pensis actualiter manu iudicantis taxatis audiatur à capite, et admictatur, ut ordo iuris
et Statutorū presentiū exigit. Et in primordio actor nō admictatur nisi expresse iurauerit
in manibus dñi Iudicantis nō calumniosè agere, et petere, et nihilominus in principio

cause libellus coràm ius reddente ausculcetur, et super eo procedatur ut iuris fuerit.

## De exceptionibus, et replicationibus Rca 4

Quoniam multotiens contingit reos aufugere, et multiplicibus friuolis, cauillosis, et dilatorijs exceptionibus actores fatigant, Statuimus porrecto libello infra tres dies currentes reum suas exceptiones debere opponere contra libellũ, easq; in mediũ proposuisse unà cũ litis contestatione expresse affirmatiue, uel negatiue factas, ad quas exceptiones nõ admictatur reus, nisi primo iurauerit in manibus iudicantis non calumniose excepisse, contra quas exceptiones si actor uoluerit, sequenti die post exceptiones exhibitas replicationes producat, et reus alio sequenti die post triplicationes, et ulterius non audiantur, et admictantur, nisi fuerit exceptio peremptoria iudicij, que de sui natura impediret litis ingressũ, et esset uera in continenti siue infra biduũ sũmatim probari liquido possit et aliis statim premissis non obstantibus, reseruatis exceptionibus discutiendis in fine cause, Ius dicens terminũ octo dierũ pro prima dilatione utriq; parti ad probañ incumbentia statuat, et causã ad finem deducat, et iuridice terminet premissis non obstantibus:

## De litis contestatione Rca 5

Statuimus litem haberi pro contestata exaduerso productis absq; eo quod expresse contesterur, et iudicantes teneri terminũ partibus statuere, et deuenire ad probationes, exceptiones, replicationes, triplicationes, et alijs non obstantibus in causis ordinarijs, Tresq; tm̃ terminos octo dierũ in causa ad probandũ partibus prefigat, et nõ ultra, nisi causa iuste absentie testiũ subeat, que maiores requirat.

## De Confessis Rca 6

Statuimus confessiones puras recipi, confessisq; terminũ assignari pro modo quantitatis debitj ad soluendũ, dandũ, et tradeñ sm̃ quantitatẽ rerũ, et qualitatẽ personarũ arbitrio ius dicentis non tamen prefigatur in breui sũma, et re; terminus minor decem dierũ, et in maioribus unius mensis, et non ultra:

## De Probationibus Rca 7

Cum sepe ad probandũ articuli per actores, et reos producantur, et necessario exigantur partiũ

principalium responsiones, statuimus Iusdicentem cogere partes ad responden: explicite per uerbum credit, uel non credit, et cessantes respondere moneri sub pena confessi ad respondendū et alias si non responderit pro confessatis habeatur, et articulos implicitos nō admictat, et super eis nullam fieri responsionem mandet, Et quoniā contingit multotiens mulieres, et rusticos, uel alios ignorantes cogi ad respondendū, uolumus iusdicentē cuncta rimari, et pauperibus siue ignaris subuenire in responsionibus, et cavillosis, siue implicitis articulis ut ei uidebitur expedire, quibus responsionibus factis probationes recipiat, ut ius, et pñtia statuta exigūt, et requirūt.

## De Testibus R.ca 8

Cum summa uis, et substantia causarū in testibus consistat, decernimus testes examinandos examinari debere citatos, et compulsos, omniq; exceptione maiores adhibito iure iuramento, et monitionibus debitis factis à iusdicente, et examinante, qui actus omnis palloris, animositatis, uel alios actus suspectos describi in examine faciat ut uiderit expedire per extensū eorum dicta, et attestationes poni faciat tàm super articulis, q; super interrogatorijs proponendis, et in cunctis examinibus aduertat, et suo mero officio in ijs, que uiderit expedire interroget, Et falsarios compertos subito capi, et detrudi faciat puniendos ut infra in libro maleficiorū, et dicta testium non publicata nullatenus pandantur, et partibus tradantur sub falsi pena:

## De Instrumentoꝝ fide R.ca 9

Cum instrumenta ad perpetuam probationē, et memoriā fiant, statuimus eisdem instrumentis fidem adhiberi, que manu publici Notarij de eis rogati confecta, et scripta fuerint, ac publicata cū publico signo et cum debito numero testium à iure requisito, et que nō cassa, nō abolita, nec in aliqua sui parte uitiata, et suspecta esse apparuerint, et que usurariā prauitatē tacite, uel expresse non continuerint, que non sunt contra statū sacrosancte Romane Ecc. et que in se contrarietatē, et repugnantiā non habuerint, et que per testes ex.o examinatos reprobata nō fuerint, que omnia ius reddens intueatur. Et quia hactenus instrumenta uenditionū, alienationū, donationū, testamentorum, locationū, conductionū, dationis in solutū, et aliorū instrumentorū terrarū, uinearū, pratorū oliuetorū, agrorum, cancpinarū, et aliorū locorū consueuerint per Notarios rogari, et fieri cum an=

notatione certorū finium absq; certa quantitate mensure, et materia ex mutatione finiū litigandi quotidie occurrat, ad obuiandum predictis Decernimus in futurū omnes, et singulos Notarios rogatos de similibus instrumentis inter quascūq; personas debere in Instrumentis premissis apposuisse certū et determinatū numerū terrarum uidelicet Unum petiū terre uinee, campi, oliueti, prati tot emina=rum, uel modiolorū, stadiorū, uel tabularū, et aliter facta dicta instrumenta sint nullius ualoris, et pre=sumantur falsa fabricata, et Notarijs conficientibus similia instrumenta nulla fides adhibeatur, et omnia eius instrumenta sint suspecta, et nō ualeant.

## Correctio R^mi de Monte.

Sub rubrica de fide instrumentorū statuitur ut Notarius conficiens instrumenta alienationū nō expressa rei mensura fide careat omnibus suis instrumentis, hoc statutū placeat abrogare, Placet, sed puniatur pena XXV librarum Notarius.

## De executione Instrumentorum R^ca 10

Ea instrumenta, que liquida, pura, et sine conditione Ius dicenti producta fuerint exequenda statim post sex dies exequi mandet si in termino sex dierū predictorū ille, contra quē instrumentū produci=tur non opposuerit exceptionē falsitatis, uel doli, noue conuentionis, uel usurarie prauitatis, aut solutionis, et in eodem termino sex dierū probauerit exceptionē oppositā, ad quas nō admictatur, nisi facto actuali deposito rei, uel quantitatis, uel estimationis petite.

## Additio R^mi de Monte.

Item cùm multa pignora indies amittantur, et executores pro celeriori mercede uendicanda magis in eis accipiendo intenti sunt, placeat ordinare, quod omnē executionē, quā personalē facere poterint quem realiter eis grauare nō liceat. Placet quod in his seruetur iuris ordo, et fiat prouisio, quod pi=gnora nō amittantur, nec exigatur merces officialis, nisi soluta pena, uel concordata parte, uel satisfacta. Placet, et ita concedimus, et seruari mandamus. A. Portuen. Gualdi Gubernator.

## De instantia causarum R^ca 11

Ut cause citius finiantur, statuimus sūmarias causas durare ad plus uiginti dies, et nō ultra

et instantiam perire actori, uel reo, qui friuolis exceptionibus, dilationibus, subterfugijs causam in longum protulerit, Instantiā uerò causarū compromissarū, et arbitrorū durare statuimus ad plus triginta dies, et instantiā perire in longū trahenti, Instantiā uerò causarū ordinariarū, et libellorū statuimus durare dies quinquaginta, et perire aufugienti ut supra ordinatū est, quas instantias causarū Iusdicens, uel arbiter, et coràm quo causa agitabitur ex probabili, iusta, et honesta causa possit prorogare, et nō aliter, nec alio modo, et si contra fecerit iudex prorogans, litem suā faciat.

## Correctio R^mi de Monte.

Sub rubrica de instantia causarū statuitur, ut instantia iudicij in sūmarijs pareat spatio uiginti dierum, in arbitrarijs spatio mensis, in ordinarijs spatio quinquaginta dierū, tàm breuis instantie uita damnosa est, Placeat statuere, ut instantia iudicij non per triennium s^m leges, sed per sex menses, compromissū uerò lapsu triū mensiū euanescat. Placet exceptis paruis causis, et sū=marijs, in quibus seruetur instantia statutaria:

## De causis compromissarijs, arbitris arbitratoribus, et laudis ferendis R^f. 12

Quoniam compertū hodie est, causas, et lites bonū finē suscipere per uiam compromissi arbitrorū, ar=bitramentorū, et laudorū inde latorū, Statuimus omnes causas cuiuscumq summe, quantitatis, et cu=iuscumq rei mobilis, et immobilis, iuriū, actionū, et inter quascumq personas tam coniunctas, quàm penitus extraneas nullo modo inuicē attinentes compromicti posse, et debere ad petitionē actoris aut rei, uel alterius ipsorū, ad quod compromissū facien statim petito fieri compromisso Iusdicens partes cogat compromictere, denegantes carceran, pignoran, grauandoq. Et compromissū fiat in duos probos uiros partibus nō attinentes homines tractabiles, senes, mercatores, aut rusticos in bonis possidentes summā, et estimationē rei de qua agitur, arbitrio iusdicentis, fiatq com=promissum de iure tm, et de facto tm in procedendo, et cognoscendo, et de facto tm in laudando arbitran, et sententiando, Et compromissū de omni eo, et toto intelligatur factū, de quo arbitri, et arbitratores laudauerint, et arbitrati fuerint, etiā si in compromisso nil fuerit dictum, et absq eo quod appareat aliqua petitio, uel scriptura, uel termini assignatio, uel prefixio, uel aliqua alia pars

processus, laudum inde latū non possit reddi nullū, sed presumatur arbitros uerbotenus terminos
assignasse, et alia fecisse, que eis incumbunt, Interimq3 arbitri dum cognoscunt uerbo, uel in
scriptis moneant partes, ut infra terminū octo dierum, decem, quindecim, uel uiginti iura,
testes, et instrumenta producant, et demū sententiā, siue laudū Deū pre oculis habendo ferant
si concordes fuerint, sin autē Dñi Priores, et uexillifer cū consilio alicuius partis cū arbitris
ambobus, uel uno ex eis laudū, et sententiā ferant pro iustitia, et in casu discordie arbitro=
rum, prefati dñi Priores, et Vexillifer loco tertij arbitri interueniant, cognoscant, et terminent
ut supra in euentū in quem dcī arbitri non essent concordes tertiū arbitrū inter se eligere,
quem si concorditer elegerint, Priores nō se intromictant, sed ipsi arbitri, aut duo ex eis con=
cordanter ferant laudum, et sententiā, consilio saltem habito ab aliquo iure perito in his, in
quibus uersatur iuris dubietas, et nō alio modo, quod consiliū uerbotenus sufficiat habere,
dummodo in sntia, et laudo dicatur habito consilio uerbali à tali iure perito, uel doctore, cu=
ius nomen exprimatur, et causas in eis compromissas infra mensē expediant sub pena quin=
quaginta ducatorū camere aplice applican de facto, nisi ex causa iusta, uel probabili terminū
prorogauerint, Et tales arbitri sic electi, uel alter eorū sub eadē pena recusare arbitrium
non ualeant aliquo modo; Et eorū laudo, et arbitrio stetur, et non ualeat appellari, recur=
ri, uel de nullitate, aut iniquitate dici, sed executioni post dies decem mandetur omnino, et
recurrere uolens tm̄ audiatur, quantū in continenti docuerit de maxima, euidenti, et ex=
pressa lesione, et nō aliter, nec alio modo ut infra in titulo de recursu latius continetur

## Correctio Rmi de Monte

Sub rubrica de causis compromissarijs statuitur, ut in qualibet causa arbitri eligantur, et pro=
cedant de iure, et de facto, sententiā autē ferant de facto tm̄; Et cum non sit rationi consonū
ut uniuersa iura destruantur, Placeat statuere, ut arbitri, seu arbitratores procedant de
iure, et de facto, negocium uerò diffiniant de iure tantū, nisi aliud in cōpromisso specialr
caueatur. Placet

## Additio prefati Rmi

Nos Antonius de Monte miseratione diuina tituli Ste Praxidis S.R.E. Cardinalis Pa=

piensis, Perusie, umbrieq sedis aplice de latere legatus, et Terre Gualdi perpetuus Gubernator, ad conseruandam pacem, et quietem inter homines Gualdenses, et ad parcendú expensis, ac ét ad ponendú finem, et terminum litibus uertentibus, et que uerti possent inter predictos, ui gore pntis nostri decreti perpetuò ualituri Statuimus, decernimus, ordinamus, et mandamus q omnes lites, questiones, et cause ascendentes ultra uiginti quinq libras denariorú coràm offi cialibus terre Gualdi ueniant compromictende, et compromicti debeant inter partes sub pena decem florenorú, nisi sint cause graues, et in puncto iuris pendeant, que deberent micti ad consilium sapientis, de quibus Stetur arbitrio Locumtenen, Et q ordinarij, et officiales dce Terre à die in cepte litis, et à prima citatione teneantur, et obligati sint infra quinq dies currentes pronúciare causas predcas compromicten esse inter dcas partes sub eadem pena applican camere apostolice Et q infra alios alios quinq dies currentes dicti officiales teneantur, et obligati sint cogere dictas partes ad faciendú compromissú in duos homines affines, uel conságuineos, et amicabiles personas sub eadem pena applicanda fabrice arcis, et palatij pro medietate:

## De minoribus uiginti quinq, et minoribus, siue Pupillis, et eoꝝ alienationibus

R[ca] 13

Cum multe hactenus lites exorte sint de alienationibus minorú, et quotidie exoriantur, ut finis litium imponatur, et certus modus alienandi deinceps seruetur, et ualeat, Statuimus alienationes pupillorum factas cú tutoris, et Judicis, Locumtenentis, uel potestatis Gualdi decreto ualere, et tenere, et rescindi nó posse in futurú; Et pupillis forsan grauatis tutores teneantur ad interesse; Maiores auté quatuor decim, et minores uigintiquinq, qui cú iuramento, et consanguineoꝝ, uel curatoris consensu ali nauerint pro eorú necessitatibus, que exprimantur in contractibus nullatenus ualeant contractus rescindere quoquo modo etiam petita absolutione à iuramento, sed maior habeatur omnino, et curator, siue consanguinei si in maxima quantitate leserint minoré, teneantur minori ad interesse Similiq modo alienationes mulierú maiorú uigintiquinq factas cú consensu proximiorú, et medio iuramento uallatas ualere decernimus omnino, et renunciationes factas per mulieres maiores duo decim, minores tamen uigintiquinq Cippo, et masculis cú iuramento consensu consanguineorú, et Judicis decreto uallatas ualere, et nullo modo euerti, et annullari posse, dictis mulieribus desuper co

petenter dotatis linea tamen masculorū existente, et nō alio mō sancimus, et pro maiore eamdem sic renunciantē habemus, et uolumus.

## Correctio Rmi Dni Cardinalis de Monte.

Sub rubrica de minoribus statuitur, ut per minores facta alienatio cū decreto Iudicis rescindi nō possit, sed tutores, et consanguinei assentientes teneantur ad interesse, Iniquum est, cùm omnes leges minorū facilitati succurrant prohibendo predia alienari, et restitutionē dandā, Placeat statuere, ut alienationes per minores facte neglectis solennitatibus de iure cōi adhibendis contractus sit nullus, et iuramentū super eo prestitum per uim, et metū presumatur extortū, et nihilominus enormiter leso detur in integrū restitutio, Placet q in his seruetur iuris cōis dispositio:.

## De euocandis ad ius Pupillis, et Minoribus Rca 14

Sancimus tutores minorū pro eis ad ius, et defenden euocari, et citari si tutores habuerint, sin autē prius citari consanguineos proximiores, et uicinos, aut amicos, eisdemq pupillis, et minoribus de tutore prouideatur prius, et deinde Lis suū debitū sortiatur finem, et alio modo citationes facte non ualeant; Maiores quatuordecim, et minores uiginti quinq citentur unà cū consanguineis, eisq de curatore si nō habuerint prouideatur prius, et demū agatur ut premittitur, et simili modo pupillis, et minoribus uolentibus agere, Iudex de tutoribus, et curatoribus prouideat, demūq mandet causam exoriri, et agitari, et ad debitū perduci.

## De euocandis Mulieribus ad ius Rca 15

Decernimus maritos mulierū nuptarū cū quibus habitant citari ad defensionē suarū mulierū, et simili modo sufficiat maritus agens earum nomine, cùm sit legitimus eius administrator, uidue autem citentur unà cū duobus proximioribus consanguineis, uel saltē uno si habuerint, uel uicinis duobus honestis; Minores uerò, et nō maritate citentur modo, et forma superius tradita à proximo statuto:

## De euocandis, et citandis forensibus, et absentibus, qui domicilium alibi contraxerunt Rca 16

Decernimus forenses, et absentes, qui alibi domiciliū contraxerūt pro negocijs Gualdi contractis

uel pro rebus Gualdi existentibus citari hoc modo uidelicet, q facta comparitione, et petitione de quo agitur per dnum Locumtenenté, uel Potestaté coràm quo causa agitur mittantur litere Iudici loci in quo degunt forenses, et absentes, in quibus rogetur talis iudex, q dignetur monere tales forenses et absentes, ne ignorantià pretendere possint, ut certa die assignata in literis compareant de iure responsuri petitioni, et libello contra eos producto coràm dno Locumtenen, uel potestate Gualdi copia libelli missa, cū comminatione, q si non uenerint, citabuntur in ualuis palatij ad omnes, et singulos actus inclusiue usq ad sententià, et omnia alia ad executioné inclusiue, uel q habebitur pro uero contumace, confesso, et conuicto &c ad petitioné actoris altero existis modis, de quibus supra et ita obseruetur deinceps:·

## De iuramento decisiuo deferendo · Rca 17·

Cùm iuramentum sit maximū remediū litium expediendarū, sitq manifeste turpitudinis nolle dare, uel nolle referre, Statuimus ad petitioné actoris, uel Rei in quacūq iudicij parte etià post litem contestatam posse per actorem, uel reum deferri, cogendáq esse partem cui defertur iurare, aut referre dummodo prius in scriptis fiat partitū decisiuū totius negocij in iudicio uertentis, et nó aliter, quo iuramento delato, et recepto, et habito, lis sit finita, et contrauenire nó possit, solo deo in medio uelato re existente; Valeat autem ille, qui iurauit de periurio accusari coràm Notario, et periurio reperto castigetur pena, de qua in libris maleficiorū latius apparet:·

## De iudicio sisti, et iudicatum soluend · Rca · 18

Nil in bonis stabilibus possidentes in quacūq parte iudicij fuerint requisiti Actores, uel Rei, ut iudicium non fiat delusorium, caueant de iudicio sisti, et iudicatū soluendo in casu succūbentie:·

## Qualiter Instrumenta Notarior dentur summatim Camerº Camᵉ et cois Rca 19

Quia sepe instrumenta Notariorū mortuorū amittuntur, et à multis occupantur, Statuimus q omnia instrumenta emptionū, uenditionū, locationū, conductionū, donationum, testamentorū, codicillorū pactorū, transactionū, renunciationū, obligationū dotiū, cessionis iurū, mandator, et omnia alia instrumenta quomodocūq fiant inter quascūq personas in libris, prothocollis Bastardellis, et ubicumq reperta infra unum mensé à die mortis Notarij de instrumentis rogati computandū sum

matim manu publici Notarij registrentur in libris Cancellarij camere, siue cois, quod sumarium fidem plenam faciat ubicumq; originale fuerit deperditum, et nō reperiatur, et heredes Notarij mortui in premissis negligentes elapso dcō termino priuentur commodo, et utilitate omniū instrumentorū dci notarij defuncti, et camere aplice, et ad Camerariū camere, et cois Cancellarium spectet dicta instrumenta transumere, que instrumenta dictis heredibus auferantur, et in cancellaria cois perpetuò retineantur ad partiū commoditatē:

## Correctio R.mi Card.lis de Monte

Sub rubrica qualiter instrumenta notariorū mortuorū dentur statuitur ut mortuo Notario heredes eius omnia instrumenta Cancellario dent, transumendo sumatim, iniquum est, Placeat statutum abrogare, bonū esset fieri registrum instrumentorū retinendorum in archiuio artis Notariorū apud ædem sacram sub duabus clauibus, quarū unā Confalonerius, alterā camerarius artis seruaret, Placet, et q fiat registrū, sine tn̄ heredū notarij preiudicio notabili:

## Qualiter Instrumenta Notariorū mortuorū sumantur R.ca 20

Decernimus instrumenta Notariorū mortuorū inuenta in libris originalibus mortuorū si fuerint publicata ubiq; reperiantur, extrahantur per unū Notariū publicū arbitrio heredū notarij mortui, et auscultentur corām ius reddente per duos Notarios, qui cognouerint personā defuncti notarij, et de eo notitiā habuerint, qui manum, lrām et signū publicum ipsius Notarij defuncti recognoscant, et sciant eumdem Notariū rogatū publicū, et authenticū notariū, et q fuerit solitus rogari instrumenta, et pro notario fideli, publico, et authentico teneretur, reputaretur, et q suis scriptis fides adhiberetur indubitata, et fide sic facta, et ausculttato instrumento, et reperto concorde cū originali in quo non sit aliquod uitium, cassatura, siue cancellatura uitiosa, et suspecta fiat transumptū instrumenti in forma cū omnibus requisitis, et notariorū recognoscentiū subscriptione de mandato tamen, et decreto dn̄i Locumtenen, siue Potestatis Gualdi, ad que omnia unico contextu expedienda, citentur, qui sua putauerint interesse, et alio modo sumpta instrumenta non ualeant:

## De salario scripturaꝝ Notariorū R.ca 21

Quia sepius ignorantes, et pauperes à Notarijs nimis exiguntur de mercede instrumentorum et aliarū scripturarū, statuimus notarios actuarū causarū pro rogitu cuiuslibet petitionis sūmarie debere recipere bonon unū, et similiter de rogitu oppositionū bononenū unū

de productione articulorũ bononenũ unũ, de assignatione termini ad soluen bononenũ unũ, de securitate de stando iuri bononenos duos, de compromisso bononenos duos, et de omni contractu iudiciario bononenos duos, et de omni comparitione, et actu iudiciario bononenũ unũ, de examine testium bononenũ unum pro quolibet teste, pro copijs traditis, uel tradendis bononenos duos pro qualibet carta plena, et integra, de rogitu testamentorũ, donationũ, alienationũ, uenditionũ, et omnium aliorũ instrumentoꝝ bononenos duos, pro quolibet rogitu instrumenti, et de decretis interponen bononenũ unum, de rogitu sn̄tiarũ, et laudorũ bononenũ unũ, pro extractione publici instrumenti uidelicet de actis iudiciarijs soluatur merces media taxatione ius dicentis, et nõ alio modo; De instrumentis uerò factis extraiudicialr in publico soluatur merces ad ratã unius solidi pro quolibet floreno quantitatis, uel estimationis rei contente in instrumento usq; ad sũmã florenorum centum; et si instrumentũ contineat maiorẽ summã, et quantitatẽ in infinitũ nõ excedat sũmam unius ducati auri. De instrumento mandatorũ procuratorũ extractorũ in publico soluantur solidi uiginti, et nõ ultra. Nemo audeat plus petere, et exigere sub excomunĩs pena, et simonie labe.

## De testamentis, legatis, fidei cõmissis, codicillis, et donationibus causa mortis factis tempore Pestis. Rᶜᵃ 22

Statuimus pestis tempore, quo testiũ copia haberi nõ potest, et testamenta, legata, fideicõmissa, donationes causa mortis, et codicillos factꝭ ualere, et tenere si per duos, uel tres testes idoneos probentur facta, et duorũ, uel trium testium rogatorũ presentia sufficiat, cùm in ore duorũ, uel triũ stet omne uerbũ.

## De donationibus insinuandis Rᶜᵃ 23

Cùm donatores magis diligant donatarios, q; se ipsos, et sepius metu, et circumuentionibus dolis fraudis circumueniant, et peniteat donatores donationes fecisse, et exinde uaria iurgia exoriantur, Statuimus omnes donationes inter uiuos, uel causa mortis factas ultra summã florenoꝝ decem debere coram ius reddente manu publici Notarij actuarij legi, et in actis insinuari, registrari, et a ius reddente si cognouerit recte factas confirmari, et alr factas nõ ualere, Ad que facienda personas donatorũ, et donatariorũ obligamus, et aliter facere donatores, et donatarios, siue eoꝝ personas prohibemus, aut insinuationi nullatenus per eos renunciari permictimus.

## Correctio R.mi Cardinalis de Monte

Sub rubrica de donationibus statuitur, ut donatio excedens summā decē florenorū sit nulla si nō fuerit insinuata, Placeat statutū interpretari, ut procedat tm̄ in donationibus factis per Mulieres rusticanas, uel simpliciores, in ceteris ius cōmune seruetur:

## De successionibus ab intestato R.ca 24

Decernimus omnes ab intestato succedere sm̄ formā à iure traditā, exceptis dumtaxat cippo, et linea domus masculorū proximiorū, quem cippum, et lineā masculorū proximiorū domus uolumus feminis anteponi et si sint in ulteriori gradu tàm per lineā ascendentē, descendentē, uel transversalem usq; in tertiū gradū sm̄ ius canonicū computan., feminis etiā eiusdē cippi ex omni gratu etiam ascendenti, descendenti, siue transuersali in anteriori gradu coniunctorum penitus exclusis, competenter tamen arbitrio bonorū uirorū per ius reddente de bonis defuncti dotatis infra mensem à die mortis defuncti, et alimentis prestitis eisdē feminis usq; ad matrimonij copulam:

## Quomodo suspecti de fuga capiantur R.ca 25

Non possidentes in stabilibus contra quos fuerit debitū semiplene liquidatū desuper iuramento delato in defectum semiplene, ac iuramento, reum esse suspectum de fuga, capiantur, et data cautione de sisdo iuri, et iudicatum soluendo relaxentur.

## De carcerandis, et loco carcerum R.ca 26

Carcerandi pro ciuili debito, cauto de nō recedendo de Palatio nō detrudantur, sed in palatio detineantur sine aliqua custodia, et si aufugerint exigantur fideiussores, qui uero nō cauerint pro summa excedente florenū unū carcerentur in carcere publico ad terrā subtus arcem, et ibi retineantur sub claui, Et pro minori sūma unius floreni nullo modo carcerentur nisi pro debito camere, et cōis, qui pro omni breui, et magna sūma ualeant carcerari. Carcerandi pro criminalibus in pecuniarijs penis carcerentur pro omni sūma, nisi cauerint de soluendo infra decem, aut uiginti dies, Pro corporalibus uero penis, uel pecuniarijs, et in subsidiū corporalibus carcerentur, et nullo mō relaxentur, nisi ex mandato superiorū, aut executo eo pro quo sunt, uel fuerint carcerati, quorū carcer sit in superiori carcere turris, et nō in alio loco, et bene custodiantur cū ferreis, et cippis periculo Dn̄i

Domini locumtenentis et Militis:

## De dotibus mulieribus assignandis, et dandis Rubrica 27

Ut agnationes conseruentur sancimus Mulieres competenter dotatas in bonis patris, matris, aui, auie paterne, patruorū, et omniū consāguineorū de agnatione nō succedere extantibus masculis ex dotante, uel aliquo ex prenominatis, sed contente sint dote assignata, que si competens non fuerit, arbitrio consanguineorū, uel ius reddentis augeatur:

## Ut pacta, que fiunt de retrouenden. non fiant nisi ut infra Rubrica 28

Ad tollendam usurariā prauitatē, que fieri multū solet ab emptoribus sub colore uenditionis, et pacto de retrouenden., sancimus emptiones factas cū simili pacto non ualere, nisi precium emptionis, et estimatio rei uenden. sit remissū in duos probos uiros per ius reddentem, uel Priores eligendos, et alio modo facta instrumenta nō ualeant etiā si preciū solutum, uel soluendum sit equiualens rei uendite

## De Accollarijs Bouum Rubrica 29

Cum multa fenoraticia instrumenta fiant in Accollarijs bouum, de quibus soluitur affictus nimis magnus, ac superueniente casu mortis bouium soluitur extimatio, Statuimus accollaria bouiū fieri debere remissa affictu soluendo, et estimatione bouiū periendorū in duos probos uiros eligendos per dictos dnōs Priores, et si aliter fiat, nō possit cogi ad solutionē aliquam, et affictus, uel estimationis

## De Usuris Rubrica 30

Sancimus Notarios nō posse rogari de instrumentis fenoraticijs, que expresse, uel tacite usuram continent, uel in eorū conscientia suspicarentur inesse usurā inter partes contrahentes, annullantes omnia instrumenta notarios de eis rogatos falsarios, et infamia notos, decernentes partes penis sacrorū canonū puniendos, et excommunicatos esse ipso facto decernimus:

## De Pignoribus facien. per Militem R.ca 31

Statuimus pignora realia per militē auferenda Sanniēda esse ut infra triduū reluantur, al[ite]r
officialibus montis post triduū consignentur, et miles amplius apud se nō retineat, de quibus
inuentariū fiat, et computū reddatur Dnis per militem, et Montis officiales.

## Additio R.mi D. de Monte

Vt experientia docuit, grauia damna solent euenire circa pignora per executores, et officiales
capta, et sepe deperdita uel negligentia, uel malitia, uel temporis cursu, cùm apud depositarium
deputari hactenus consuetū assignarentur V. R.ma D. noua prouisione disponat, ut in posterū
predicta pignora infra triduū per officiales, et executores Montis conseruatori, seu depositario
debeant assignari, et facta consignatione conseruator, seu depositarius soluant executoribus
suam mercedem, et ad instantiam creditorū, et eorū, qui executionē fieri procurauerint, si postq. 13
fuerint legitime citati domini ad luenda pignora nō uenerint infra decem dierū spatiū, con=
seruator, et depositarius antedictus publice ad bannimenta, ut Montis pignora uenduntur, pi=
gnora assignata uendere debeant, et de precio satisfacere creditori; Si uero de precio superfue=
rit aliquid, residuum dño pignoris omnimodo restituatur, detracta tñ executorū, et conserua=
toris debita, et consueta mercede iuxta capitula pignorū Montis; Et si executores negligentes
fuerint in assignatione conseruatori ut supra facienda, uice qualibet incidant in penam uiginti
solidorū Monti applican., Et ulterius executionis mercede pro pignore nō assignato priuentur
ut supra; Et ordo predictus obseruetur, officiū, seu Gabellam pignorū uendi solitum Bonon.
triginta, uel minus V. R.ma D. penitus extinguat, ita ut deinceps pignorū assignatio, et uen=
ditio fiat ut supra, nec aliter quoquo modo. Placet. A.

## De Catastis Rub. 32

Libri catastorū omniū portarum, et singulorū renouentur de quinquaginta annis in quinqua=
ginta, et originale teneatur in Capsula bussuli clausū in S.co Francisco, et nō tangatur, addatur,
uel minuatur, sed seruetur illesum, quod sit manu Notarij factum, fidemq. 13 faciat indubitatā
maxime ubi in catasto consensus partiū habetur

## Correctio R.mi D. de Monte

Sub rubrica de catastis statuitur, ut catastum fidem faciat indubitatā, maximè ubi partium

consensus ascribitur, Placeat statuere, q catasto fides adhibeatur tm, quando res accatastata fuit dno consentiente, et in hoc Notario catasti fides adhibeatur plena. Placet q detur fides catastis nouiter refectis cu solemnitate:

## De ferijs Rub. 33

Statuimus ius non reddi in ferijs in honore dei introductis, presertim a uigilia Natiuitatis dni N. Jesu xpi usq ad pasca epifanie inclusiue, ac et in festo sanctoru Antonij, sebastiani, et beati Angeli de mense Januarij, et purificationis Beate Virginis Marie, Mathie apostoli, Gregorij, annunciationis eiusdem beate Virginis Marie, Marci euangeliste, Philippi, et Jacobi aplorum Bernardini, Natiuitatis s.ti Jo. baptiste, et in alijs diebus festiuis sanctoru, sanctaru, beatoru, et apostoloru Petri, et Pauli, uisitationis beate Marie uirginis, in diebus hebdomode sancte, in Resurrectione Pascate, et eiusde octaua, in Pentecoste Pascate, et eius octaua, In festo Marie magdalene, Jacobi apli, Laurentij, Assumptionis beate Marie Virginis, Rochi, Bartholomei, Augustini, Bernardi, Natiuitatis Marie Virginis, Mathei apli, Jnuentionis S.te crucis, sanctorum Angeli de mense maij cu tribus diebus sequentibus, et Michaelis arcangeli de mense septembris cum tribus diebus sequentibus, in festo sacratiss. Corporis xpi, Hieronimi, francisci, donati, Luce euangeliste, simonis, et Jude aplorum, in die festi omniu sanctoru, Martini, Caterine, Andree, Nicolai, Ambrosij, conceptionis Marie Virginis, Lucie, et Thome apli, In die iouis carnis priuij, in die carnis priuij, ac in diebus dominicaru, Jtem induci statuimus ferias repentinas messium prima die, et durent usq ad xvi dies augusti post uenturi, ferias repentinas uindemiaru in die sancti Angeli de mense septembris, et durent usq ad festum mortuorum:

## Vxore mortua, uir lucretur tertia partem dotis R.ca 34

Si uxor consumato matrimonio decesserit absq filijs, Vir lucretur tertia parte dotis sibi promisse, dumodo ingratus no fuerit in infirmitate uxoris predicte

## Soluto matrimonio, infra annu dos restituatur R.ca: 35

Soluto matrimonio morte uiri, dos uxori infra annum elapsu restituatur integra sine aliqua

diminutione, ad quam restitutioné heredes uiri de facto compellantur.

## Soluto matrimonio infra annú, qualr de fructibus dotiú, et operibus Vxorum agatur. Rca 36

Statuimus infra annum Vxores uirorú defunctorú retineri in domo uirorú cú eadem reuerentia, et honore, quemadmodú in uita uirorú retinebantur, et operari pro heredibus uirorum teneantur, et nihil immutetur per anná, ac si uiuerent eorú Mariti, quorú heredes fructus ... lucrentur

## De uestibus, et bonis Parafrenalibus mulierum Rca 37

Statuimus uestium, et parafrenaliú estimatorú, que fuerint consumpta restitui uxori duas partes estimationis, et tertia relinquatur heredibus uiri defuncti, si auté inestimata data fuerint, talia fuerint reperta, talia restituantur, et nullo modo reperiantur, si uxor fuerit commode uestita de bonis uiri nil recipiat, si auté fuerit nó commodé uestita, soluatur ei una uestis cómoda sm possibilitatem, et redditú familiarú Gualdi, attenta qualitate familie, personarú, dotium, et rerú parafrenaliú, siue uestium datarum.

## De dotibus, et uestibus mulierum Rca 38

Statuimus nó posse Mulieres dotari in maiori quantitate florenorú centú, et earú ornamenta et uestes ultra dotem nó trascendere summan florenorú uiginti, et hoc in mulieribus primatum, et antiquarú domorú, et primarú librarum. Alie uero mulieres, quarú domus non trascendunt summá triginta librarú, non dotentur ultra sexaginta florenos, et earum ornamenta, et uestes summá quatuordecim florenorú nó escedant. Alie uerò mulieres, que non sunt ex libra predicta dotentur, et uestiantur arbitrio boni uiri, et summá quatuordecim florenorú nullo modo attingant pena quinquaginta ducatorú contrafacientibus

## De bailaticis nutriciú, siue salario mulierú lucrantiú in Vita uiroz, et inter alios de domo diuidendis Rca 39

Cum uxores pro uiris operari habeant, et nó pro eis in earú uita dum onera sustinent mariti

monij. sancimus duas partes salarij, et bailatici esse Mariti, siue domus, et fratrū mariti communiter uiuentiū, Tertia uerò pars eiusdem bailatici sit propria sue uxoris, de qua ad libitum possit arbitrio suo disponere:·

## De diuisionibus rerum inter Coniunctos Rub.ca 40

Statuimus coniunctos, qui nō fuerint concordes in diuisionibus cogi per ius reddentē de facto unica audientia ad diuidenda bona positis arbitris ad facien partes equales eorū arbitrio, et sorte missa sm̄ quod uenerit partes unicuiq; assignan:·

## Dotes primo, et ante oīa extrahi debere i[n] diu[isio]nibus Rub.ca 41

Cùm dos sit utriq; precipua, mandamus primo, et anteomnia in diuisionibus mentionē dotium haberi, et assignari anteq; ad alia deueniatur, et aliter facta diuisio nō preiudicet mulieribus in earū dotibus, pro quibus omnia bona hipothecamus, et retentionē rerū hipothecatarū cōcedimus:·

## De lucris Rusticorum diuidendis Rub.ca 42

Sancimus bona quesita inter rusticos etiam in uita patris per capita lucrantiū diuidenda secundum qualitatem exercitij, et personarum:·

## Qualiter presumantur socij omniū bonorū coniuncti, qui longo tempore simul uixerunt Rub.ca 43

Statuimus fratres, nepotes, patruos, et alios coniunctos, qui septē, uel octo annis, et ultrà uixerint in communi dūmodo maiores quatuordecim fuerint, et omnia lucra interim communicauerint fore, fuisse, et esse socios omniū bonorū, et bona inter eos diuidenda de lucris, et alijs omnibus sine differentia, acceptatione et diminutione aliqua; Si autem fuerint minores, siue pupilli et non durauerint in societate post quatuordecim annos per tempus predictū nulla intelligatur inter eos societas contracta omniū bonorū, sed amicabiliter positis arbitris ut supra diuidentur bona arbitrio boni uiri cū discretione semotis subtilitatibus secundū equitatem, et ueritatem:·

## De soccitis Bestiarum Rub.ca 44

Statuimus soccitas bestiarū grossarū, siue minutarū datarū extra bona dantis, sine apparente

de tempore conuento durare triennio, et in terris dantis ad soccitũ durare quinquennio, quarum bestiarũ grossarũ, et porcorũ detrahatur estimatio, et residuũ supra existens lucratũ diuidatur inter eos socios. Bestiarũ uerò minutarũ fiat diuisio elapso triennio pro dimidia nulla extracta estimatione, et soccita nõ finita diuidatur societas ante finẽ temporis pro rata temporis, quo durauit modo simili supradc̃o, et fieri diuisio non possit ante tempus, nisi socius bestias tenens sit rixosus, uel malus custos, et negligat soccitam, quo casu bestie auferri possint omnino non obstante alia conuentione aliter facta:

## De operibus, et seruicijs R^ca. 45

Statuimus post annũ operas, et seruitia peti nõ posse, et presumi soluta, presertim si operarius et seruitor fuerit pauper, et qui in petitione iurauerit soluisse, et probationes non reperire:

## Correctio R^mi de Monte.

Sub rubrica ut in causa mercedis, et operarũ statuitur contrario statuto sub rubrica de operis; Placeat hoc statutũ ut superfluum abrogare. Seruetur statutũ magis æquũ, et iustum.

## De artificibus, et eorum rebus artium, siue credito exigendo, et librorum fide R^ca. 46

Statuimus lanifices credita, siue artis etiã pannorũ datorũ ad credentiã post trienniũ exigere non posse, sed presumantur soluta, ut ius exigendi amittant, Et aromatarij simili modo post biennium ius suũ amittant, Calzolarij, aurifices, Pizzacaroli, Bastarij, Merciarij, Barbitonsores, sutores, Berrettarij, et alij artifices anno elapso credentias nõ exigant, sed ius exigendi amittãt infra autẽ tempus statutũ, quo agere ualent ius sũmariũ reddatur eis ut supra de iudicijs sũmarijs est statutũ, Et in libris lanificũ, siue Mercatorũ pannorũ bene, et legaliter tentis credat usq; ad summã quinq; florenorum pro quolibet debitore, et posta qualibet libri. Libris autẽ aromatariorũ usq; ad summã florenorũ triũ pro qualibet recepta, siue infirmitate, et Posta Calzolarijs usq; ad summã trium, uel quatuor carolenorũ pro qualibet partita, et alijs artificibus usq; ad summã duorũ carolenorũ, et nõ ultra, Et hoc dũmodo libri ipsorũ corãm Dñis Prio=

vibus manu Cancellarij cois fuerint carcholati, et prius à principio approbati

## Vt artifices omnes seruent corũ cedulas, et Statuta, siue capitula artiũ, et de precio rebus uendendis ponendo R.ca 47

Statuimus artifices omnes Gualdi primitus artifices lane, siue pannorũ obseruare corũ capitula et pannos uendere prout in presentia dnorum Priorũ Gualdi camerarius artis lane precium pannis uendendis imposuerit, quod tamen non escedat debitũ modũ, et nõ magis uendantur panni, q̃ uendantur Mathelice, sancte Anatolie, et sm̃ mensurã cois Gualdi, et panni sint plumbati in capite signo cois, alĩs uendi non possint, Aromatarij autẽ corũ aramataria, siue eorum ualorem, et preciũ non maiorem exigant, q̃ exigatur in ciuitate Nucerie, fabriani, uel locis circumuicinis infra duodecim miliaria, in quibus tamen manus, et subscriptio Medici cois semper adsit, et simili modo calzolarij, et alij artifices rebus preciũ ex eis extrahen̄ per extraordinariũ cum deliberatione.

## De seruitutibus urbanorum prediorum R.ca 48

Statuimus unumquemq; posse domũ suã extollere usq; ad celum, et super appodiare, et edificare soluta dimidia parte estimationis parietis uicini, prestita cautione de damno infecto, cui uicino claudere, et murare, siue accecare fenestrã in pariete existentẽ ualeat, si alibi uicini domus et pars illa lumen commode habere potest:.

## De ferratis faciendis R.ca 49

Statuimus in locis, et parietibus, ubi lumen obcecari nõ potest, si fenestra sit eminens super uicini domum, uel in domo uicini respondeat, ferrari debere, et aliàs obcecari.

## De Cloacis sub terra mittendis R.ca 50

Quoniam ex fetore cloacarum multotiẽs pestis insurgit, Statuimus uicinos, quibus fetor nocet ubicũq; sint posse cogi facere dominũ cloace ad ponendũ, et immicten̄ eas intra domos, et sub terra et ius reddentem ex inspectione fetoris absq; alijs iurgijs teneri ad cogen̄ dnõs cloacas sub terra ut premictitur mictere:

## De his qui sibi debitu soluen infra quindecim annos no petierunt Rca 51

Vt diu non trahantur in longu debita, que multotiens sunt soluta, et negligentia soluentiu no sunt cassa, statuimus omnia quecuq debita tam realia, q personalia etia per publica instrumenta cauta exigi debere infra quindecim annos continuos, alias no petens, nisi iusto, et probabili impedimento fuerit impeditus, ius suu amittat, et presumatur solutu, nec ualeat amplius agere:

## De Prescriptionibus, et usucapionibus Rca 52

Statuimus res mobiles biennio usucapi, et res soli, siue immobiles spacio annoru decem inter presentes, res uero mobiles inter absentes quinquennio usucapiantur, et res immobiles inter absentes prescribantur quinto decimo anno, et post annos uiginti efficiatur uerus dominus, qui possederit pacifice etiam absq aliquo titulo, dummodo no redarguatur possessor de expresso dolo, et uiginti anni loco iusti tituli habeantur.

## Additio Rmi de Monte.

Item ut finis quandoq litibus imponatur, et veru dominia no sint in incerto, et ueteres possessores sint aliquando securi, V. Rma D. statuat, ut omnes actiones personales, et reales, quarum iudiciu hactenus non est intentatu, dumodo natiuitate earu uiginti annoru spatiu fluxerit, etiam si ecclesia, uel alterius cuiuscuq fauorabilioris, et Camere etia nomine competerent sint penitus, et intelligantur extincte, Exceptis dumtaxat personis, quibus circa premissa minoris etatis intuitu uel subueniri posset ex clausula generali, si qua iusta &c Placet.

## De Publicatione processus Rca 53

Cum Judici acta sint semper nota, si publicatio testium, et processus petita no fuerit, etia absq conclusione in causa, Judex, et arbitri sententiam, et lauda proferre possint, et ualeant, et non possit de nullitate redargui:

## De sententijs, laudis, siue arbitramentis Rca 54

Cum sententie, lauda, et arbitramenta ferantur ad causaru decisione et lites dirimendas pro

ueritate, et iustitia, Statuimus sententias, lauda, arbitria, et arbitramenta secundum ueritatem lata ubicumq; et in quacumq; parte iudicij ueritas appareat, ualere, et tenere, et retractari nõ possint etiã q libello, et petitioni non conformentur, sed semper iudicantes teneri sm ueritatẽ iudicare undecumq; ueritatem sumere potuerint, ad quod Iudices totis uiribus arctamus:

## Vt Notarij sũmarium omniũ Instrumentorũ infra dies octo Cancellario Camere mittant R.ca 55

Notarij rogati de instrumentis, infra octo dies sũmarium cũ die, loco, et testibus, re, precio, et mensura mittant Cancellario Camere, et cõis, et in fine originalis instrumenti mentionẽ faciat sũmarium Cancellario tradidisse, alr instrumentũ fidem nõ faciat, Et pro sũmario predicto Notarius recipiat quatrenos duos tm, quod sũmarium in euentũ in quem originale fuerit deperditum post Notarij mortẽ fidem faciat:

## Correctio R.mi de Monte

Sub rubrica, ut Notarij summariũ instrumentorũ infra octo dies Cancellario dent, Placeat decernere ut Statutũ procedat si fiat registrum retinendum in archiuio ut supra. Placet.

## De Appellationibus ab interlocutoria. R.ca 56

ve A 133 C 12

Quoniam in longũ cause trahuntur sepius per friuolas appellationes interlocutorias, Statuimus ab interlocutoria appellari nõ posse nisi grauamen inferat irreparabile, et uim diffinitiue obtineat, quo casu infra tres dies à die interlocutorie late allegato grauamine, et probato appellari possit. Et si ius reddens cognouerit appellationẽ iustam, appellantẽ reponat, alr in causa procedat, ut iuris sibi uidebitur. Si autem appellans probauerit grauamẽ, et Iudex noluerit reponere, dñi Priores eligant arbitros, qui infra biduũ cognoscãt de grauamine, et causã remittant ad Iudicem sublato grauamine, et aliàs confirment pronunciã Iudicis, Et pena unius ducati appellans de facto per Militem mulctetur, quem ducatũ in ipsa appellatione in manibus actuarij deponat, et alr non audiatur appellans

## De appellatione à diffinitiua sñtia, uel arbitrorũ recursu R.ca 57

Statuimus à diffinitiua sñtia appellari posse infra decem dies computandos ab hora sententie late, et nõ ultra absq; aliqua alia notificatione sententie late facienda, dummodo personaliter citatus apprehensus fuerit contra quẽ lata est sñtia; si autẽ personalr̃ citatus, et apprehensus non fuerit, appellari possit infra decẽ dies à die notitie computañ, et sufficiat notitiam haberi de sñtia per notificationẽ cũ cedula tenoris eiusdẽ, uel aliàs quomodocũq; sciuerit, uel scire potuerit per relationẽ amicorũ, uicinorũ, consanguineorũ, uel baiuli, siue mandatarij uerã notitiã, et scientiã dantiũ de effectu sñtie late. Et appelletur à sñtia dñi Locumtenentis, uel Potestatis ad dños Priores, qui à die presentate appellationis infra mensẽ appellationẽ predictã secundũ consiliũ sapientis expediant, et nullatenus admictantur appellantes, nisi quantitatẽ, uel estimationem rerũ de quibus agitur actualiter deponat unà cũ salario consultoris arbitrio dñoz Priorũ, et aliter appellatio facta nõ ualeat ipso iure. Et à laudo lato recurratur infra decem dies simili modo cõnumerandos à die notitie uel à die lati laudi quando est personaliter fcã citatio, ab arbitris appelletur, siue recurrat ad dñum Locumtenentẽ, uel Potestatẽ, siue Iudicem, qui infra mensem simili modo causam recursus finiant, et expediant omnino, et aliàs litem suã faciant; A qua sñtia dñi Locumtentis secunda uice appelletur ad dños Priores Gualdi modo simili de quo supra:.

## Correctio R.mi Dñi Cardinalis de Monte.

Sub rubrica de appellationibus à diffinitiua statuitur, quod appellatio, et recursus est nullus ipso iure, nisi appellans, uel recurrens fecerit actuale depositũ quantitatis, uel estimationis rei litigiose. Statutũ per indirectũ uidetur quodãmodo appellationes prohibere, et ideo quantum ad hoc placeat statuto derogare, et appellanti si contra se secundã reportauerit decem aureorũ applicandorũ appellato penã imponere ultra expensarũ condemnationem quã ex nullo colore, uel causa ualeat euitare. Placet regulariter, nisi manifesta calumnia notari possit, quo casu superior statutũ presens seruari facere ualeat:

## Additio eiusdē R^mi quo ad appellationes in causis Criminalibus

Et quia non est statutū aliquod in libro Maleficiorū, quod disponat appellari posse in criminalibus ad dnōs Priores, Placeat statuere, ut in maleficijs à Locumte. potestate, uel iudice ad dnōs Priores prouocare concedatur saltem in penis pecuniarijs, cùm intentio V. R^me D. semper sit à sumptibus et laboribus releuare subiectos, et dispendiosū esset pro singulis, et frequentibus laribus V. R^e D. adire Placet in leuioribus, et pecuniarijs nō esceden summā uiginti librarum:.

## Additio R^mi Dni Cardinalis Palmerij ad causas app^num faciens

Item ne propter loci distantiam appellantes, et recurrentes ad V. R^mam D. in criminalibus executiones indebitis patiantur, placeat decernere, ne post appellationē interpositā, uel recursū petitū in causis criminalibus dnūs locumt^s uel alij officiales V. R^me D. executiones facere nō audeant, dummodo pena excedat uiginti libras. Post mensem uerò nisi aliud habuerint in mandatis per lrās V. R^me D. ad arbitrium exequantur. Placet:.

## De terminis dandis à Iudice à quo ad facien fidē, et se presentan, et admissione appellationis, et Recursus R^ca 58

Statuimus iudicem à quo, siue arbitrū appellantes admictere debere à sn̄tia diffinitiua, nisi sit lata in confessum, uel ex publicis instrumentis, uel ex notorietate probationū, et teneri dare incontinenti, uel die sequenti lrās reuerentiales, siue refutatorias, cū quibus sese appellantes representare habeant intra decem dies coràm Dnis Iudicibus appellationū, uidelicet à sn̄tia lata per dnum locumtenentē uel Potestatem, siue iudicem, et à laudo lato ab arbitris coràm Dno Locumtenente, et eis cū lrīs fidē facere, et aliàs nisi sint appellantes iusto impedimento impediti non audiantur ulterius

## De terminis dandis in causis appellationum R^ca 59

Statuimus Dnōs Priores statim actore citato ad dicen contra appellationē debere statuere terminū reo, et actori decem dierū ad reproducendū acta, et decem diebus elapsis alios decem dies ad probān non probata, et deducen nō deducta, et ex causa urgenti, et probabili terminos prorogari, et nō alio modo; Et post infra alios decem dies anteq̃ labatur mensis sententiā ferre et iudicare male, uel

bene iudicatum, aut in parte reformare, et in parte confirmare, ut ex consilio doctoris desuper habito uidebitur expedire, et Priores contrafacientes eorum salario et pena quinquaginta ducatorũ puniantur, et simili modo statuat, procedat, et terminet dnũs Locumt.s uel potestas causas recursus, seruatis terminis predictis, et mulctentur ea pena ante dicta:.

## Vt non appelletur omissis medijs Rca 60

Quoniam artificiosè rabidi litigantes per saltus extra Terrã Gualdi omissis medijs appellant pauperes inanibus expensis uexando, et lites immortales faciendo, Statuimus causas deberẽ cognosci, et terminari Gualdi sm formã statutorũ presentiũ, et omissis medijs appellationes interpositas, et directas ad maiores iudices, declaramus nõ subsistere:

## Non liceat secundo prouocare, sed due sntie cõformes sufficiant et eis stetur Rca 61

Statuimus, ut si quando à sntia siue laudo arbitrorũ ad dnũm Locumtenentẽ fuerit appellatũ et laudum per dnũm Locumtenentẽ fuerit confirmatũ, causa intelligatur finita, et prouocatione non suspendatur. Si autem fuerit in totũ, uel in partẽ reformatũ laudum per supradictum d. Locumtenentẽ prouocetur ad dnõs Priores, quorũ sntie confirmatorie stetur, et due sntie conformes sufficiant, In causis uerò ciuilibus sũmarijs et ordinarijs, ac libellarijs sententie late per dnũm Locumtenentẽ confirmate per dnõs Priores stetur, et alia prouocatione nõ suspendatur. Si autem sntia dnĩ Locumt.tis fuerit à supradcĩs dnĩs Prioribus in totũ, uel in partẽ reformata, Rmus dnũs Gualdi Gubernator, siue suus Vicegerens determinet, et decernat, et decreto suo stetur, et in nihilo contraueniatur quoquo modo, sed causa per suũ decretũ finem obtineat omnino:

## Qualiter sntie exequantur, et quis modus in executione seruetur Rca 62

Statuimus sntias duas conformes executioni mandandas ac si esset publicũ instrumentum consensu partiũ confectũ, et uallatũ, et modus exequendi sententias predictas, et omnia alia

decreta, et mandata sit iste, Quia reales, et personales fieri executiones mandamus in rebus mobilibus, demu si non sufficiant, uel no reperiantur mobilia, in nominibus debitoru, et ipsis deficientibus in rebus stabilibus, et ultimo loco in persona rei condemnati, siue decretati, et quando agitur ad unam rem, et oportet executione fieri in alia re. Si autem extat res, que petitur, et de qua agitur, super ea fiat executio, et no in alia re, Item executor no capiat boues pro pignore nec ferramenta ruralia agriculture, nec lectum, siue cubile, nec etia uestes mulieru pro debitis uiri, In omnibus autem alijs bonis domus fiat executio modo predicto:

## Additio, seu Correctio Rmi Dni Cardinalis de Sto Seuerino.

Item acciò sempre se conserui illeso lo interesse, et la emenda del danno passo, se ordine, et se statuisca, che nesuno luocotenente, ò offitiale possa ne debbia esigere, ò rescuotere pena alcuna tanto de ciuile, come criminale, se prima no si sodisfà, ò sia sodisfatta la parte del dano passo sotto pena de uinticinq ducati d'oro da incorrersi, et applicarsi come di sopra, et nihilominus l'esecutione sia nulla, et si debbia restituire in continente sotto la detta pena Currat tempus unius mensis post condemnatione ad concordan parte lesam, quo elapso officiales pro camera nra exequi possint eoru officiu, ac et pro parte lesa si insteterit. Aui.

## Quo in loco debitores capi non possint. Rca 63

Debitores pro ciuili debito domi proprie, in Ecclesijs, in Palatio dnorum Prioru, et extra in pertinentijs per quatuor pedes non capiantur quoquo mo, sed liberi sint, et securi in similibus locis:

## Decretum Rmi de Sto Seuerino

Item per euitare molti desordini, che fanno i caualieri, et altri officiali in eseguire, et detenere li huomini, et habitatori di detta terra di Gualdo, s'ordini, et statuisca che sensa espresso

commissione data in scriptis nõ debbiano, ne possano pigliare, ne retenere alcuno per de=
bito ciuile, ne criminale, saluo nõ fusse condannato, et descritto per condennato in libris
maleficiorũ, contra faciendo incorra la pena sopradetta d'applicarsi come di sopra, et
della parte della Communità non si possa far grã tanto di questa, come delle altre, nisi ob=
tenta solemniter in pleno consilio. Placet addita pena uiginti quinq; ducatorũ auri Ca=
mere nostre applicandorũ. Ant.s

## Ut in Nundinis s.ci Angeli de mense Maij, et de mense septembris, et Mercati Ebdomodarũ sint omnes immunes, et capiant' tm̃ Rei corporis R.ca 64

In diebus mercati in die lune qualibet ebdomoda faciendi nundine sint libere, et secure, ue=
nire possint omnes Rei in ciuilibus causis, criminalibus, pecuniarijs, damnorũ datorũ, extraor=
dinariorũq;, et tantũ capiantur rei capitalr̃, uel corporalr̃ condemnati, uel condemnandi, et
debentes cauere de nõ offendendo in rebus, uel persona, contra quos fiat executio nundinis
non obstantibus, et simili modo fiat in uigilia festiuitatis sancti Angeli de mense Maij, et de
mense septembris, et tribus sequentibus diebus, in quibus ire, stare, uenireq; concedimus liberè,
et securè omnes personas, preterq; capitalr̃ condemnati, et banniti s.ce m.ris Ecc.e in quibus festi=
uitatibus sine solutione alicuius gabelle omnibus sit libera potestas emendi, et uendendi.

## Additio R.mi D. Cardinalis de Monte

Sub rubrica ut in nundinis s.ti Angeli placeat addere, q omnes dies lune sint liberi, et in eis qui=
libet possit emere, et uendere absq; solutione alicuius gabelle tàm terrigenis, q; forensibus. Placet
nisi sint interesse camere,

## Additio alia eiusdem R.mi

Et primo quia prout D. V. R.ma nouit quotãnis in d.ca terra celebrantur nundine in festo sancti
Michaelis de mense Maij, et per octo continuos dies nundine pred.ce à gabella pedagij, siue pas=
sus libere sunt, et immunes, idcirco ut ad eas maior mercatorũ numerus confluat, quod po=

tissime fiet si uaria, et diversa hospitia in dictis nundinis mercatores prefati reperient, Sup=
plicatur humiliter, ut eadem D. V. R^ma. dignetur nundinas predictas perpetuò per dictos octo
dies ab omni gabella passus carniú, uini, et qualibet alia gabella liberas, et immunes facere
et mandare quibus spectat, ut dc̃o tempore durante sub quouis pretextu forenses aliquos, seu
etiam homines de dicta terra, qui in dictis nundinis uenalia aliqua actulerint etiam uinú,
carnes, et alia esculenta, et ea quomodolibet in hospitijs, seu tabernis uendent in ære, aut
personis pro solutione alicuius ex dictis gabellis non molestent, quinimo cuilibet liceat li=
berè, et impunè predc̃a omnia ut supra uendere. Placet et ita cõcedimus, et seruari manda=
mus A. Cardinalis S.te Prexedis manu propria:·

## Additio alia eiusdem R.mi

Item uoluit, et decreuit dc̃us R.mus Dñus Gubernator, et legatus, ut omni die lune in futurum
ad eius beneplacitú, quo fit mercatú in dc̃a terra, et per octo dies nundinarú de mense maij
nihil exigatur, et solui debeat pro mercibus, et rebus portatis ad mercatú, uel nundinas pro
dicto tempore, sed sint liberi portantes ab omni exactione, et solutione gabellarú ad bene=
placitú suum, et ita mandat notificari, cúm hoc fieri posse dicatur sine damno notabili Came=
re, uel suo: Datú fulginei die quinta martij 1516 A. Cardinalis S. Præxedis legatus, et
Gubernator manu propria:·

## Additio alia R.mi Dñi Cardinalis de sc̃o seuerino

Item hominibus terre Gualdi predc̃e utilitati, et commodo prospicien̄ esse, si in qualibet ebdo=
moda mercati, ut aiunt, die, constituantur, quo possint, et ualeant homines liberè conue=
nire, Placeat concedere cuilibet et forensi licitú esse accessú die lune in dc̃a terra Gualdi
mercando cuiuscunq; generis mercium, et comestibilia absq; aliquá solutione alicuius
gabelle, datij, uel pedagij tàm de apportatis, q; de extractis, et extrahendis à dc̃a Terra; Pla=
cet de celebrando mercatú quolibet die lune ut petitur, dúmodo quolibet anno non

inferatur preiudicium Camere Gubernatoribus existen̄ ultra summā decem scutorum:

## Vt forenses, qui domicilium Gualdi contraxerint habeantur pro ciuibus R.ca 65

Statuimus forenses, qui uxorē Gualdi duxerint, et domicilium contraxerint, ut ciues Gualdenses tractentur, et habeantur ab omnibus:

## De Pensionibus domorū, et conductoribus earumdem R.ca 66

Statuimus conductores domorū teneri ad soluen̄ pensionem de trimestri in trimestre, et qui nō soluerint possint à dn̄o rei expelli ipso fc̄o, et nihilominus cogantur pensionē soluere; qui uerò soluerint pensiones nullatenus expelli possint, immo dn̄o nolente pro se, et familia sua habitare rem locatam refirmentur pro concurrenti pensione, et ceteris alijs anteponantur; Volentes etiam, q̄ in defectum in quem dn̄i domorū domos de necessarijs non reparauerint extraiudicialr̄ dn̄o prius requisito de aptando, et reparando domū, possint conductores de pensione soluenda domum conductā reparare, premissis non obstantibus:

## De copumatarijs, et laboratoribus R.ca 67

Statuimus copumatarios, et laboratores tempore conuento et consueto debere copuma fructuū terrarum, uinearū, oliuetorū, pratorū, canepinarū, et aliorū bonorū soluere integra sine aliquo impedimento, et al̄s expellantur de facto, et cogantur per militē ad solutionē copumi, et cum quarto pluri sine strepitu, et figura iudicij, remotis procuratoribus cauillosis, et aliàs si bene soluerint nō possint expelli pro concurrenti copumo, et fructuū responsione, nisi dominus uelit ipse met eius bona laborare premissis nō obstantibus

## Additio R.mi dn̄i Cardinalis de Monte.

Item q̄ nullus tam Ecclesiasticus, q̄z secularis possit, aut ualeat dare terras ad laboran̄ sitas in territorio Gualdi alijs forensibus, nisi prius in curia nr̄a prestiterint cautiones idoneas de reportando fructus recollectos in dictam Terrā, et ibidem reponen̄ ad usū Terre pro ius

to precio, uel in usu proprio illorū, qui illos recolligerent, et aliās locauerit, et incidant in penam quindecim ducatorum applican Camere aplice, contrafacientes:·

## De animalibus uitiosis uenditis certo tempore redhiben Rca 68

Quicumqȝ uendiderit animal morbosū, uitiosum, lunaticū, uel uitiū latens habens, etiam q dixerit emptori uendo tibi animal cū omni uitio, uidelicet morbi uitij latentis obcecationis, lunatici, et omniū aliorū uitiorū generaliter loquendo, et in specie nō specifican morbum specificatū, quod animal habet, infra quadraginta dies à die uenditionis mandamus animal redhiberi, dn̄o restitui, et emptori reddi precium pretermissis iuris apicibus, et solennitatibus, sed de facto iudiciū summarium reddatur:·.

## De Represalijs Rca 69

Ad represalias numqȝ deueniendū esset, nisi in defectum denegate iustitie sm̄ iuris formam idcirco statuimus, q siquis Gualdensis contraxerit debitū cum aliquo forense alicuius loci qui sit soluendo, et nolit soluere, tunc mittatur creditor de Gualdo ad locū debitoris cum literis cōmunis dn̄orum Priorū rogatorijs de expedita iustitia in forma, et si iustitia fuerit denegata mittantur secunde lr̄e rogatorie similes, in quibus fiat cōmemoratio primarum literarū, uidelicet iam sunt octo dies misimus talem nostrum ciuē ad uos dn̄os &c qui creditor est talis ciuis uestri, uel terrigene in tanta quantitate, rogamus uos pro eo de expedita iustitia et fauorabili, et obtulimus in similibus, et maioribus semper paratos ad uota uestra &c Et idem talis noster ciuis reuersus est uacuus, et ius suū nō consecutus est, et officiales uestri nō curarunt ipsū expedire, nec ei iustitiā administrare, rogamus uos secundo loco, ut sibi faciatis fieri iustitiā expeditam, offerentes &c Et si reuertatur uacuus sine expeditione, mittantur tertie lr̄e similes, cū cōmemoratione secundarū lrarum, et in fine lrarum si denegabitur iustitia cōminentur represalie absqȝ eo, q amplius rescribatur cū excusatione q ad

similes actus nullo modo deveniri vellent, et si revertatur vacuus, et iustitia fuerit ei de=
negata, habitis relationibus literarũ, constito de vero debito, concedant represalie cũ inti=
matione per lrãs similes facienda, ꝙ si talis nõ soluet post decem dies, exequentur repre=
salie, et ita seruetur. Et in quantũ fieri potest nõ deveniatur ad similes actus, Et Gual=
denses debitores forensiũ ut represalie non fiant contra eos grauentur de facto; Et quat[s]
represalie facto, et negligentia alicuius Gualdensis, et aliquis de Gualdo, vel habitator fuerit
pro eo grauatus, et retentus in rebus, vel persona, talis gualdensis, qui sic negligens fuerit
de facto grauetur in omnibus expensis, et damnis passis sine strepitu, et figura Iudicij:.

## De Ambasciatoribus R[ca] 70

Pro necessitatibus cõmunis non possint eligi plusq[3] duo Ambasciatores ad plus, et si fieri
commode potest eligatur unus, et fiat electio in Concilio generali, et data necessitate in concilio
credentie. Et eligi non possint ambasciatores dnus Locumtenens, aut Potestas, aut Vexillifer,
aut Priores, nec Medicus cõis, nec ludi magister, nec alij officiales pena quinquaginta librarz
eisdem si electi acceptauerint, Eligantur autem alij cives idoneiores sm qualitate negocij.
Et eis ambasciatoribus fiat notula in scriptis manu Cancellarij de eo super quo debent amba=
sciatas facere, et sub infamie pena notam, et terminum nõ excedant, Et anteq[3] vadant iu=
rent in manibus dnorum Priorum bene ambasciatas facere cũ omni diligentia, et celeritate,
ac utilitate cõmunis, et amore, recipiantq[3] à cõmune singulo die pro eorũ salario grossos
quatuor, et cũ equo, et famulo eorum sumptibus vadant, et cito revertantur, aliàs salarium
amittant, et in Consilio ferant gesta per eos sm quod obtinuerint:.

## Ut infirmi non evocentur ad iudicia R[ca] 71

Infirmos ad iudicia non esse evocandos Statuimus dum sunt taliter grauati, ꝙ comparere
non valeant, sed infirmitatis exitus expectetur, et sola verbalis excusatio, et intimatio in=
firmitatis per quemlibet nomine infirmi facta sufficiat, et impediat iudiciũ, Exceptis in=
firmitatibus longis, que nõ tendunt ad mortem, ut est morbus gallicus, quartana, levis

et alie similes infirmitates leues, que homines infirmos in lecto non retineant:

## De emptionibus, et uenditionibus, ac iure congrui Rca 72

Statuimus consortes, consanguineos, et omnes qui res cõmuniter possident extra nõ posse ratã rei possidetur alicui alteri uendere, et alienare pro concurrenti precio mandamus, nisi primo, et ante omnia requisitis consocijs, consanguineis, et alijs possessoribus an uelint emere ratam rei sue, quã insimul possident, et assignato eis congruo termino saltẽ decem dierũ ad emendũ expressa concurrenti quantitate precij rei uerẽ, et nõ fictẽ à tali nominatim, aliter facta uenditio non subsistat, sed socius consanguineus, qui cõmuniter possidebat, deposito precio conuento in manibus probi uiri immittatur in possessionẽ rei aliter uendite, emptore alio modo emente inde expulso; et nihilominus sic uendens pena quinquaginta ducatorũ puniatur. Similiq; modo statuimus in rebus uicinorũ, ut cui magis congruunt uendantur, et tradantur pro iusto, et concurrenti precio facta simili requisitione, et termino decem dierũ assignato ad soluendum determinata quantitate precij à tali nominatim reperto uerẽ, et nõ fictẽ, et aliter facere uenditiones non ualeant, Vicinusq; proximus cui res magis congruit preferatur, et in possessionẽ mittatur ãmoto quolibet alio emptore, precio tamen rei uendite deposito utsupra, et contrafacientes puniantur pena quinquaginta ducatorum.

## De possessionibus terminandis Rca 73

Statuimus omnes possessiones terminari debere, et distingui inter uicinos saxis, et lapidibus fixis eminentibus, aut foueis, aliãs super eis dantes damnũ nõ teneantur ad penã aliquam Spectetq; ad officium militis, aut extraordinarij de facto facere terminare possessiones ex mero officio, et etiam ad partis petitionẽ ut erit magis expediens:

## Vt res, et bona accatastentur Rca 74

Statuimus omnes possessiones, bonaq; omnia accatastari, et in eslimo poni manu Nota-

tariorum catasti, alias contra faciens presumatur uiolentus possessor, et fructus nõ faciat suos, Milesq; et extraordinarius possint absq; alia cõmissione dñi Locumtenen, uel potestatis possidentes similes res non accatastatas puniri in libris uiginti soluendis Camere aplice, et in quarto pluri pro eorũ rata, et uicini lucrentur dimidiã dicte rei nõ accatastate, si bona nõ accatastata edocuerint, et alia dimidia sit camere aplice; Volentes tamen q si anteq; fuerint dicta bona denunciata camere, possessor illas possessiones, et bona possit accatastari facere solutis collectis de preterito, qui reintegretur in omnibus:·

## De arboribus positis in finibus possessionum Rca 75

Arbores in finibus aliarum possessionum poni non possint per quatuor pedes, et aliter posite, incidantur, exceptis arboribus populi, et salicis, que in finibus, et ripis dummodo possessionem alterius non tangant poni, et plantari ualeant premissis non obstantibus

## De consuetudinibus Rca 76

Consuetudines antiquas Gualdi, que non fuerint contra formam presentiũ Statutorũ, et Statutorũ scẽ Romane Ecclesie, et que fuerint honeste, et non contra bonos mores ualere, et tenere, ac obseruari statuimus, et mandamus:·

## De Priuatis scripturis Rca 77

Scripturas priuatas manu priuatarũ personarũ scriptas, que testibus sufficientibus in numero subscripte fuerint sancimus ualere, et unica audientia recognosci, et demũ fidem adhiberi tamq; essent publica instrumenta manu publici notarij confecta, contra quas possint opponi exceptiões falsitatis, solutionis, noue conuentionis, doli, fraudis, et probauerit sm formam Statutorũ de executione instrumentorũ, et contra scribentẽ in causa propria nõ requiratur alia testium subscriptio, sed sola manu sua recognita audientia sufficiat, et fidem contra scribentem faciat, qui admictatur ad exceptiones secundũ formã statutoz de publicis instru

mentis exequendis, et non alio modo

Ut tegule in finibus tectorũ in stillicidiũ publicũ propter uentos murentur R̃ca 78

Quoniam Gualdi sint maximi uenti, et tegule ex flatu uentorum proijciuntur in magnũ periculum commeantium, Statuimus propterea tegulas ipsas in stillicidijs in extremitatibus tectorum debere calcina murari, et bene aptari, alś dñi domus ad periculũ, et damnũ cõmeantium teneantur omnino

Ut Pontes existentes super uias cõis nõ aptentur, et noui Pontes nõ fiant R̃ca 79

Cum in uiculis Gualdi sint multi pontes, qui aerem, et uisum, ac pulcritudinẽ stratarũ tollãt et includant, Statuimus Pontes in presentiarũ existentes reaptari nõ posse, ut temporis uetustate collabantur, et diruantur, alij uerò pontes super uijs nullo modo fieri permictimus sed uetamus expresse.

Ut muri cõis Gualdi ubiq; in omnibus portis Gualdi per cõmune Gualdi manuteneantur et aptentur in futurũ nulla portarũ distintione habita R̃ca 80

Solent homines portarum Gualdi habita portarũ distintione murorũ reparatione negligere, et dimittere in tantum, q̄ nisi R̃mi dñi auxilium hactenus superuenisset penitus circuitus murorum totus solo equatus esset, idcirco ad tollendũ tantã negligentiã, et ut murorũ circuitus manuteneatur, et aptetur, Statuimus muros cõis per homines, et cõmune Gualdi debere aptari, et manuteneri, et reparari, nulla portarũ hominũ, et locorũ distinctione habita; Et cum murorũ circuitus sit quid indiuiduũ, uolumus omnes, et singulos homines gualdenses, et districtus cogi in persona, et rebus sm̃ qualitatẽ personarũ ad murorũ reparationẽ de facto in singulis mensibus et diebus prout res exegerit, Mandantes dñis Prioribus Gualdi ut singulo mense reuideant personaliter muros cõis unà cũ Cancellario cõis de hac uisitatione fidem faciente, et prouideant reparationi murorũ singulis diebus, ut res exegerit, et fuerit necesse, et aliàs si fuerint negligentes sn̄tiam excõmunicationis incurrant, et de eorũ proprio ipsi, et eorũ heredes teneantur omnino.

# Vt aqueductus, fontes, Pontes, uie, strate, et alia edificia publica manuteneantur Rca. 81

Volumus dnos Priores, qui pro tempore fuerint reuisores aqueductum, fontes, pontes, uias, stratas, et alia loca publica unà cum Cancellario cōmunis reparationi, et manutentioni eorum intendisse, ut uiderint expedire, grauedines, et expensas ponendo uicinis, et alijs quorū interest sine aliqua personarū acceptione. Et si negligentes fuerint sint excōmunicati, et eorz salario priuentur, de quo per Rmū D. et alios superiores pro tempore existentes, et eorum locumtenentes uolumus sindicari, et si opus fuerit mulctari

# Vt Religiosi honeste uiuentes habeantur in reuerentia Rca 82

Quia sepe religiosi à laicis in modica habentur reuerentia, statuimus religiosos omnibus anteponi, et in magna reuerencia haberi presertim laudabiliter, et honeste uiuentes, quibus faueri semper ab omnibus officialibus mandamus, et eisdem in cunctis peragendis coràm eis ius summarium reddi, et administrari

# Vt Possessiones omnes, uidelicet Agri, uinee, canepine, oliueti non habentes uiam illam habere habeant per locum minus damnosū Rca 83

Possessiones omnes tàm uineate, q̄з non, tàm agri, q̄з prata, oliueta, canepine, et alie possessiones omnes non habentes uiam, illam habere debeant constituendā per ius reddentē, uel suos officiales per possessionem magis uicinā, et per loca in quibus minus damnū inferatur, Et quoniā multe insurgunt rixe in facto tempore quo seritur, aut eximitur fructus, et celeritas exigitur, statuimus ius reddentem, uel officiales ad loca personalr̄ conferendos ad assignan̄ uias predictas, quibus assignatis transire debens non possit impediri usqз adeo legitime docebitur de contrario iure, sentientes se grauatos in euentū in quē per alia loca uia assignetur ut uidebitur magis expedire pro pace, et quiete:

# Vt possessiones non teneantur dare nisi unā uiam tm̄ Rca 84

Quoniam alique possessiones sunt, que à uicinis in diuersis partibus transuersant, et uijs diuersis occupantur, Sancimus unū petium terre per unū locum, siue tractū nō habere seruitutē nisi unius uie dum taxat, et transire debentes per illas uias, transeant per illā uiā omnes, et unusquisqз uiā

suam faciat, nisi transire debens per illam uiam unicā impediatur ire propter loci impedimentū, ut quia uia non intendit uersus illā partē, qua ire necesse habeat, quo casū per officiales cōis, et dn̄i locumtenentis, uel potestatis constituatur per locū minus damnosum, et magis aptum:.

## Vt Mulieres non portent argentū in capite R^ca 85

Quia antiquitas portandi aurum, argentū, et perulas in capite mulierū hactenus obseruatur sine aliqua utilitate, Statuimus mulieres sub pena triginta solidorum aurum, argentū, et perulas portare non posse in futurum, aliās puniantur ipso facto:.

## Vt habentes Palumbaria soluant unum carolenū pro quolibet Palumbario omni anno pro canepinis custodien̄ de mense Ian: et febr: R^ca 86

Vt canepine custodiantur, et à pipionibus, siue palumbis nō destruantur, cùm maxime intersit Gualdi eas custodire, Statuimus singulo anno de mense Ianuarij, et Februarij dn̄os priores teneri exactorem creare ad exigen̄ carolenū unū pro quolibet palumbario, ac creare guardianos cū debito salario eisdem guardianis soluendo de precio dcōꝝ carolenorū soluendorum pro singulo palumbario singulo anno, pro quibus detinendis depositariū faciant, per cuius manus soluantur pecunie et salaria, et executio fiat contra cessantes:

## Correctio R^mi Dn̄i Cardinalis de Monte.

Sub rubrica ꝙ habentes columbariū statuitur ꝙ pro canepinis custodiendis soluatur carolenum singulum pro quolibet columbario, Placeat statutū abrogare, et custodiā canepinarū remittere ad prouisionem concilij generalis, uel ad summā medij caroleni pro quolibet columbario taxari:

Placet de uno grossone pro quolibet:

## Vt Milites S. R. E. cum fuerit necesse allogentur per portas extra Gualdú, et attineant Ciues, et Rustici R.ca 87

Solent sepe milites sacros.te romane ecc.e pro negocijs eiusdé per loca ecc.e peragrare, et sepius tran=situm per Gualdi districtum faciunt, et in domibus rusticorú habitant eorum discretioni, et arbitrio et multi in totú spoliantur, et aliqui nil patiuntur, idcirco statuimus milites predictos data necessi=tate peragrandi, et morandi per districtum Gualdi allogentur per totú districtum Gualdi, per cas=tra, et uillas, extra tamen castra in burgis, et in burgis Gualdi, In expensisq fiendis militibus pre=dictis concurrant, et concurrere debeant omnes tam ciues, q rustici equaliter in uictu, et alimentis palee, stantie, et ligna dentur per rusticos, et per portas, siue quarteria expense diuidantur, ita q unusquisq suam ratá habeat

## Collecte soluantur de quadrimestri in quadrimestre, alás compellantur R.ca 88

Collecte soluantur de quatrimestre in quatrimestre massarijs, cancellario, uel cartuciarijs sm in cartucia fuerint posite, et aliás si non fuerint solute post quatuor menses exigantur in quarto pluri soluendo Camere et communi respectiue ut tenebantur soluere, et nó soluerunt de quarto fiat executio uná cú sorte, que erat soluenda in quatrimestre, Et si cessauerint soluere usq ad annú finitum, incidant in pená dupli totius quantitatis soluende, et fiat executio ut supra de facto; Et si aliter fieri nó potest capiantur persone uel bona, et discooperiantur eorú domus, que non reficiantur nisi soluant collectas, et quartú siue duplú ut s

### Correctio R.mi D.ni Cardinalis de Monte

Sub rubrica collecte soluantur de quatrimestre statuitur ut cessans soluere collectas pro quatrimestre cogatur ad solutioné in quarto pluri applicañ Camere, et cói, et si cessauerit usq ad finé anni, soluat col=lectas, et penam duplicatam, cùm propter omnium hominú ferè paupertaté difficile sit soluere, Placeat statutú abrogare, et collectarú executioné militis diligentie cómittere. Placet q remictatur arbitrio et diligentie superioris ita q pena nó excedat quartum:

### Additio, seu correctio alia eiusdem R.mi

R.me D.ne supplicatur humiliter pro parte cómunitatis u.re Terre Gualdi, ut V. R.me D. placeat de=clarare et decernere, q omnes, et singule gratie hactenus per V. R. D. personis quibuscúq cócesse

que faciant exemptam, uel exemptos à collectis in dcta terra Gualdi intelligantur proficere dum taxat quo ad collectas camere persoluendas, et ex eis, uel earũ aliqua Communitati dicte terre nullũ omnino preiudicium inferatur, cùm uerisimile non sit V. Bme. D. sensisse, q ex beneficio, et gratia aliquibus concessa ceteri onerentur gratijs predictis sub quacunq forma obtentis, et quauis ex causa, et ceteris contrarijs non obstantibus quibuscunq; Attentis narratis concedimus ut petitur, exceptis illis, quibus ob paupertatẽ et impotentiã soluendi probabilem esset concessa exemptio, premissis nõ obstantibus, A. Portuen. Gualdi Gubernator. Datũ Rome XX Nouembris 1531 fede. clauarius

## Solutio collectarũ est quid reale, et rem semper sequitur, et coloni teneantur Rca 89

Statuimus collectas soluendas deberi à rebus in estimo, et catasto positis, et esse reale onus, et in quẽcumq transiuerint bona etiam in Ecclesiã esse subiecta solutioni collectarũ, colonosq omnes teneri ad earum solutionem, pro quibus fructus retineant, aliàs de eorũ proprio soluant, et excusari non ualeant aliquo modo:

## Curatores, et tutores faciant inuentariũ infra mensem sub pena quinquaginta ducatorũ, et caueant Rca 90

Tutores, et curatores caueant infra mensẽ de inuentario faciendo, et illud faciant sub pena quinquaginta ducatorũ, et infamie, et ats suspecti, et libris eorũ nõ credatur, et iuramento minoris, uel pupilli facti maioris contra tutorem, uel curatorem credatur:

## Mulieres in quacunq etate renunciantes agnatis deficiente agnatione reintegrent Rca

Mulieres in quacunq etate renunciauerint etiã cum iuramento si Agnatio defecerit in quocunq tẽpore ipse, uel earum heredes reintegrentur à die agnationis deficientis ac si nõ renunciassent, in quibus renuncijs semper istud ius reintegrandi deficiente agnatione intendimus reseruatum:

## Dominus de Pauperie teneatur Rca 92

Si quadrupes insultauerit aliquam bestiam, uel quadrupedẽ grossã, uel minutã, aut personam

teneatur dominus quadrupedis de pauperie, aut animal pro noxe tradat si solitus nõ est, uel fuit ats calcitrare, ingredi, mordere, uel actus extraneos facere, ats non possit dare, sed teneatur ad omne damnũ quantũ fuerit, et non teneatur si prouocatũ fuit, aut incitatũ extra naturam animalium citra modum agazonis:

## Vt Massarij, et Collectores caueant Rca 93

Quoniam Massarij, ac collectores camere, et cõis multotiens exigunt, et pecunias in eorũ utilitatem conuertunt, et ob paupertatẽ eorũ camera, et commune nimiũ defraudantur, Idcirco statuimus omnes Massarios, et collectores debere in initio eorũ officij idonee cauere, et bene et fideliter colligendo, et soluendo, aliàs teneri de eorũ proprio, et alio modo nõ fore, nec esse creandos, nec admictendos, et si secus fiat, Priores, qui in hoc fuerint negligentes teneantur pro eis de eorũ proprio satisfacere:

## Notarij Catasti similiter caueant, et nõ mutent Catastũ sine licẽtia, et in fine officij sindicentur Rca 94

Quia etiam Notarij multas fraudes in catasto commictunt leuando, et ponendo partitas catasti prout eis uidebitur sine aliqua licentia Locutenentis, uel camerarij, aut cõis, Ideo Statuimus dcõs Notarios catasti nõ posse immutare alicui catastũ, ponere, uel leuare sine licentia, et decreto dñi Locumtenentis, aut in absentia sua dñi camerarij pro interesse camere, et pro interesse cõmunis cum licentia dnorum Priorũ sub pena falsi, ad officium nõ admictantur, nisi primo caueant de bene exercendo, et nõ leuando, uel ponen̄ sine licentia ut supra, et in fine eorũ officij sindicentur, et culpabiles reperti puniantur ut falsarij:

## Notarij actuarij librũ actorũ conficiant, et uerbales petitiones uulgari sermone conscribant sine facto procuratorũ Rca 95

Notarij actuarij librum actorũ conficiant ut conuenit, et petitiones pupillorũ, piorum locorũ, miserabiliũ pauperũ, et rusticorũ in causis sũmarijs uulgari sermone conscribant absq eo qd procuratores sese intromictant, et responsiones uulgari sermone simili modo annotent, et ter-

minos statuant ad proban, uel soluendu ut erit necesse, Recipiantq pro petitione uulgariter fra bononenu unu cum dimidio, in alijs uero fiat solutio ut supra in statuto de materia loquen

## Non ualeant Contractus cu filijs familias facti Rca 96

Sunt multi filij familias, qui nullam habent rerum patris administratione, uel aliqua aduenticioru et profectitioru non habent, et patres no permictunt habere, ipsi aute filij familias querunt aut ex malitia, aut negligentia, siue grossitudine contractare, et res male gerere, Idcirco statuimus contractus omnes factos à filijs fam: etiá maioribus nò ualere, nec tenere, nisi sint filij, qui aliàs expresso, uel tacito patris consensu consueuerint contractare, quo casu similes contractus ualere, et tenere decernimus preseruim in filijs familias, qui per annu, uel circa soliti sunt administrare, et pater non uetuit, uel contradixit:·

## Vt Pupilli, uel minores non teneantur contra uoluntate cosanguineoru Rca 97

Quia sepe calliditate consanguineoru pupilli à tutoribus, et administratoribus retinentur, et seducuntur, statuimus à nemine consanguineo, uel aliquo etiam extraneo posse pupillos contra uoluntatem tutoru, administratoru, et proximioru quoru interest retineri sub pena priuati carceris, et quinquaginta aureoru, mandantes Locatenentibus, potestatibus, et officialibus, ut de facto dcos pupillos reuerti faciant ad locum pristinu ubi degebant, et si aliqua ratione, uel causa uiderint expedire ponant in aliquo tuto loco usq adeo de iure dabitur prouisio iusta, et honesta:

## Vt fideiussores conseruentur indemnes Rca 98

Fideiussores in contractibus fideiussioni expresse per principales conseruent indemnes sub hipotheca omniu bonoru principaliu, et casu quo expresse, uel tacite indemnes à principalibus non fuerint conseruati, ex nunc statuimus statim facta fideiussione omnia bona principalis

pro quo fideiussit esse obligata ad instar dotiū mulierū, pro qua hipotheca ad instantiā fideiusso=
ris fiat ius sūmarium, et ponatur in possessionē verū principalis ad libitū donec fuerit exemptus
aut satisfactus de omni damno passo ex causa fideiussionis predicte, culpa principalis nō soluen=
tis, aut contrauenientis, aut alio modo directe, uel indirecte damnificantis, Et si principalis
non caueat de indemnitate, aut aliter damnificet, uel patiatur fideiussorem damnificari, et pati
ad petitionē fideiussoris solo sacramento ipsius fideiussoris, q͂ sic à principali damnificatur, aut
dubitat damnificari etiam q͂ non fuerit adhuc damnificatus, capiatur principalis, et detrudatur
in carcere, et nō eximatur donec conseruauerit indemnē fideiussorē pena quinquaginta librarū
officialibus in premissis negligentibus:.

## Vt in causa Mercedis, et operarū fiat summariū ius, et nō admittatᵉ defensio nisi mercede depositata R͞ca. 99

In causa operarū, et mercedum fiat ius sūmarium sm̄ formam statutorū de materia loquentiū, et per
biennium ad summū agi possit, et defensores ad defensionēs non admittantur, nisi actuali deposito
dato de operibus, et mercede petitis, ac singulo die quo agitur uno caroleno pro uictu, et merce=
de temporis quo agitur amissi, fiatq͂ ius statim omni hora, et momento, domini, aut qui ope=
ras conduxerint finita opera, et finito seruitio operas, et mercedē soluant mora longa non
facta sub arbitrij ius reddentis pena

## Correctio R͞mi D͞ni Cardinalis de Monte

Sub rubrica ut in causa mercedis, et operarū statuitur contrario statuto sub rubrica de operis
Placeat hoc statutū ut superfluū abrogare. Seruetur statutū magis aquum:.

## De iuramento iudeis dando R͞ca 100

Cum Iudei sint modice fidei, et perfidi eorū iuramentis nō est credendū, ut tn̄ in casibus occur=

ventibus à ueritate in quantũ fieri põe non retrahantur, Statuimus Iudeos ad iuramenta admicti sub ista forma uidelicet, q̄ ius reddens aperto pñti libro Statutorũ in lrĩs hebraicis infrascriptis genibus flexis dicat, et iuret rem esse, uel non esse, sic esse, uel nõ esse iuxta exigentiam facti, Verba autem iuramenti sint ista: Ego talis iudeus per deum uerũ, per Abraee, Isac, et Jacob, Adonai, uiuum sanctum iuro rem sic esse, uel nõ esse, Et si mendacium dico, lepra super me, et Vxorẽ filiosq; meos ueniat, sicut uenit montẽ Gelboe et perdantur omnino, et ingluctiantur à terra sicut Datan, et Abiron [illegible]:

## Gualdenses nõ eant ad loca ubi sunt represalie concesse Rca 101

Quia multotiens represalie iniuste conceduntur, et multotiens negligentia officialiũ, uel aliqua causa non fit super eis iusta prouisio, ciuesq; gualdenses ad loca represaliarũ accedentes ualde exigantur cũ nimia ciuium, et cõmunis iactura, Idcirco Statuimus, q̄ nullus ciuis, incola, uel terrigena Gualdi accedat ad loca represaliarũ, alias quicũq; accedet, suo periculo, et fortuna accedat et commune, uel alij ad damna, uel interesse non teneantur.

## Qualiter uicinantie requirantur Rca 102

Statuimus ut Locatenentes, uel Potestates in principio sui officij cõmunitatibus uicinis scribant et intiment uicinis, ut grassiã ex terra Gualdi nõ extrahant, alias reperti punientur sub formam Statutorũ; Item non mictant bestias ad pascendũ in territoriũ Gualdi sub penis in Statutis contentis, et fines utriusq; cõmunitatis conseruent, et ultra nõ transeant, offeraturq; fieri simile ex parte gualdensiũ, et bannitos, siue condemnatos Gualdi nõ recipiant.

## Quod nullus Contractus factus cũ Potestate, uel officialibus ualeat de rebus extra officium Rca 103

Nullus contractus fiat inter homines Gualdenses et officiales de rebus priuatis extra officiũ et facti nullo modo subsistant in futurum.

## Quod Castellani ante ingressũ arcis caueant pro familia sua, et damna non inferant, ac Gualden nõ retineant in arce R 104

Castellani nõ ualeant per se, uel famulos dare damnũ in possessionibus gualdensium, et in Aque=ductu, et aquam retinere, nec amicitiã cũ Gualdensibus retineant, ac eis iniuriã nõ inferant, nec Gualdenses recipiant de die, uel de nocte, nec se, et familiam in rixis, et questionibus intromic=tant, et nullo modo fauorẽ, et auxilium facto, uel uerbo alicui prestent sub pena quadringẽ=torũ ducatorũ, et salarij amissione, pro quibus in introitu arcis in principio in manibus came=rarij Gualdi caueant, aliàs salariũ retineatur, et mulctentur ut supra:·

## Quando nescit quis sit heres alicuius contra quem oportet agi, quomõ citet R 105

Si aliquis mortuus fuerit, et nescitur quis sit eius heres, uel qui debent esse, nolunt esse, uel no=lunt se immiscere, aut adire, tunc citentur consanguinei omnes à primo gradu usq ad quartũ quos habet, uel habere põt, et in defectum uicini mortui, uel affines, et interogentur si sunt he=redes talis mortui, et in quota, et in quanta parte, uel nolunt esse eius heredes; qui si fuerint eius heredes agatur cũ eis sm formã Statutorũ, et iuris; Si autẽ non fuerint heredes, uel no=luerint esse, citentur possessores rerũ defuncti si sua putauerint interesse, et sono tube in ui=cinio, et locis publicis defuncti citentur heredes mortui, ac procuratores camere, et communis ad defendendum, et cum eis qui comparuerint experiatur iudiciũ, et aliàs in contumacia sm formam Statutorũ de contumacibus loquentium:·

## Vt Pauperes per Aduocatũ, et Procuratorẽ Cõis, et Camere defendat. Rca 106

Pauperes defendantur à procuratore camere, et communis, et aduocato cõis sine aliquo sa=lario, et Notariorũ, et scripturarũ fiendarũ apud acta, sed gratis amore Dei defendantur, et acta à Notarijs conscribantur; Et quis sit diues, et pauper stet declarationi iusdicentis:·

## Vt Mulieres pro ciuili debito, que honeste uiuunt non carcerentur, ac Criminali leui Rca 107

Mulieres honestas uolumus pro ciuili debito etiam magno, et criminali leui carcerari nõ posse

sed omni alio modo, quo fieri potest realis executio cōmittatur, aut in monasterijs deponan=
tur, Pro criminali autem atroci carcerentur, sed custodiantur à mulieribus matronis in eodem
carcere stantibus usq; ad exitum cause:·

## Nemini liceat uindemiare ante festū sc̄i Angeli de mense septembris R.ca 108

Locumtenens, uel Potestas, nec Priores sine auctoritate generalis concilij licentiā alicui con-
cedant, uel concedere possint uindemiandi ante festum sancti Angeli de mense septembris
et post per unū diem, quem reseruamus pijs locis, ut facilius, ac habilius uuas, et mustum
ad domum reducant

## De Cessione bonorum R.ca 109

Cùm sepe cessiones bonorū fiant in fraudem creditorum, Sancimus cessionē predictam bonoꝝ
non admicti, nisi bona iudicentur confessato debito, ac probata paupertate, et nihilominus
talis cedens pulsata prius campana communis, ac facto banno de cessione ipsa, aut cedat
nudus coràm Iudice, et à creditoribus ueniam petat, et aliter facta non ualeat:·

## De causarum reassūptione R.ca 110

Ne cause in longum trahantur, et lis fiat in earū reassumptionibus, Statuimus, ut . . . Iudice
coràm quo causa pendebat nulla fiat reassumptio cause, sed tantum omnia acta, et actitata
reproducantur coràm successore, et ad ulteriora procedatur absq; alijs solemnitatibus iuris,
et idem fiat mortuis arbitris, uel uno ex eis, aut deficientibus, uel sese absentantibus, aut in=
firmantibus, uel recusantibus, alijs per ius reddentē subrogatis in locū deficientis partibus non
suspectis procedatur in causa absq; alia causarū reassumptione, sed reproductis actis ut supra
Et idem fiat mortuo actore, uel reo, contra quos, siue eorū heredes si fuerint maiores repro=
ducantur acta hactenus facta absq; alia reassumptione, et ad ulteriora procedatur in causa

et si heredes minores fuerint prius prouideatur de tutore, uel curatore, et ad ulteriora ut supra simili modo procedatur iuris formulis penitus sublatis:.

Quomodo situs, et loca apta ad edificanđ Molendina capiant, et alue, siue forme fieri possint Rca iii.

Cum publice utilitatis Molendinorũ, et ualcheriarũ copiam ne à maleuolis, et inuidis uolẽtes edificare impediantur, Statuimus, ut quicũq; inuenerit situm, et locum aptum ad facieñ Molendinũ, uel ualcherias in loco, siue solo suo, aut alieno, Primo, et ante omnia citatis dominis terrarũ, et locorũ, per que aquã ducere, uel domum Molendini, et ualcheriarũ clausuras facere oporteat coràm dño Locumtenente, uel Potestate, et idoneo depositario dato de soluendo loca per que aquam ducet, et domũ, ac clausuras edificabit, admictatur ille talis, qui primo comparuerit coràm dño Locumtenente, uel Potestate, et designauerit locũ edificij faciendi, et à nemine impediri possit, sitq; inuentori licitũ absq; aliquo impedimento edificare, et omnia facere, que fuerint necessaria pro conseruatione, et perfectione molendinorũ, aut ualcheriarum et possessionũ quorumcũq; solutis damnis, aut uerũ estimatione cũ foueis, et formulis necessarijs edificans transuersare possit, et ualeat, et impedientes de facto capiantur, et detineantur donec cauerint de non impediendo, aut molestando, et nõ offendendo usq; ad tertiã generationem, et gradum, et ius reddens bene prouideat, ut edificia ipsa construantur, et partes non ueniant ad arma, et rixam, aliàs officio priuetur, et pena quinquaginta ducatorũ puniatur:.

De uolentibus edificare Valcherias siue edificia cartarũ Rca 112

Statuimus uolentes edificare ualcherias cartarũ fauore iuuari, quo iuuantur alij in proximo statuto contenti in omnibus, et per omnia:.

De Depositis Rca 113

Cum sepe contingat fieri deposita actualia, et nõ reperiantur idonei depositarij, aut partes

non concordent de personis in quibus habeant facere depositū, Statuimus talia deposita actua lia fieri debere in officialibus montis pietatis, et in ipso Monte, qui habeant fideliter custodire tradere, et restituere cui ius reddens mandauerit Statuen᷈ et ꝙ nullus ualeat contra instrumēta depositi opponere, nisi exceptiones doli, fraudis, falsitatis, aut restitutionis, et nō alīs, et execu tionem paratam habeat

## Vt bona Gualdi non uendantur forensibus R^ca 114

Cum Gualdenses ferè maiorem partem omnium bonorū, et terrarū uicinis forensibus undiqꝫ uendi derint, ipsiqꝫ emptores fructus desuper extrahant recollectos, ac collecte cum difficultate soluantur et propterea homines, et commune multū patiantur, Statuimus deinceps gualdenses nullo modo posse, uel debere eorū bona alienare, aut uendere uicinis forensibus, et si secus fiat, ementes, et uendentes mulctentur ipso facto in penā quinquaginta ducatorū camere aplice applican᷈, et in amissione bonorū camere eidem applican᷈. Mandantes bona ipsa per Notarios catasti, uel alios quoquo modo de libris catasti leuari, et immutari nō posse, nec nomen uicinorū forensium immicti posse, nisi essent uicini forenses, qui cum familia uenissent ad habitandum in Terra Gualdi per longum spatiū saltem decem annorū, quo casu ut ciues, et incole Gualdi tractentur.

## De Consilio sapientis petendo R^ca 115

Cum sepe contingat de fide iudicantiū dubitari in causis ordinarijs, et arbitrarijs in prima et secunda instantia, coràm dn̄o Locumtenente, Potestate, Prioribus, ac arbitris à qualibet par te, uel alterutra earū peti possit consiliū sapientis, et nō ualeat denegari, deposito tamen sū͡o de salario consultoris actuali in manibus actuarij cause sumptibus petentis consiliū. qui cause actuarius completo processu, ac sibi soluto salario scripturarū cū auctoritate iudicis coram quo causa pendet, processū sigillatū cū omnibus partiū iuribus in manu alicuius religiosi et si fieri potest Guardiani obseruantie sancti francisci de annunciata tradat, portandū

ad aliquem consultorem legum doctoré non suspectum, qui consulat in causa, et processu pro ueritate, et iustitia; Et cùm consilium consultoris uenerit partibus citatis, aperto processu, et consilio, feratur sntia sm consilium desuper à consultore factú, et missú, siue reportatum per supradictú religiosú, et nó alio modo, et talis sntia ualeat, et teneat, et ab ea appellari, et recurri non possit:

## De Custodia Carcerum Rca 116

Custodia carcerum ad militem spectet, et si negligens fuerit in custodiendo teneatur ad interesse partis in causa ciuili, et camere, in quinquaginta ducatis in criminalibus corporalibus teneat eadem pena, qua tenebatur carceratus male custoditus, qui fugam arripiet, in pecuniarijs teneatur ad interesse camere, et partis, et pena quinquaginta ducatorú ut supra mulctetur, pro quo milite teneantur dñi qui eum conduxerunt, et in fine officij sindicentur

## De Petentibus plusq eis debeatur Rca 117

Statuimus, et ordinamus omnes creditores debere petere quantú sibi debetur saluo iure, uidelicet parum ultra, uel circa facendo, et confiten in eamdem petitioné omné ratá sibi solucam et si secus fiat, et plus debito petierint incidant in pená uiginti librarú, et iure suo priuentur:

## De negantibus debitum Rca 118

Negantes debitum contractum uiginti librarú pena puniantur, et siquid soluissent, amittant, ac totum debitum satisfaciant:

## Decemnio elapso, dotes presumantur solute Rca 119

Cùm deceat uirum à die executi, et consumati matrimonij onera sustinere, et dotes recipere pro oneribus supportandis, Statuimus ut dotes infra decem annos presumantur solute à die consumatj matrimonij, nisi Vir infra dictum tempus conatus fuerit dotes consequi, et ob contumaciá affinium, uel alia iusta causa fuerit impeditus, quo casu dotes exigantur unà cú usufructu premissis non obstantibus:

# LIBER SUPER MALEFICIIS

## Qualiter Citationes fiant in maleficiys R^ca p^a

Volentes in maleficiorū questionibus, causis, et litibus congruè ordinare, ac deliberare, et sollicitè procedere, et reformare, et noxias uias prout possibile claudere, ac materias tollere delinquendi, ne per delinquentiū calliditates, et subterfugia maleficia celari ualeant, nec etiā propter inobedientiam, et contumaciam impunita remaneant, propter quas debet acrius, et in maiori seueritate puniri. Statuimus, et firmiter ordinamus, q̄ quicūq; accusatus fuerit, uel denunciatus coràm Locumtenente, potestate, Iudice, uel uicario, uel Notario maleficiorū dicti communis uel altero ipsorū, uel inquisitus fuerit per predictos, uel alterū ipsorū, seu cuiuscūq; eorum officio, uel ad denunciationē simul ex officio, uel alio modo procederetur, uel procedatur contra aliquem, uel aliquos, pro aliquo, de aliquo, et super aliquo maleficio, uel excessu, uel offensione, inobedientia, iniuria, uel delicto, quod Locumtenens, Potestas, iudex, uel Notarius maleficiorum incontinenti q̄; citius poterint ipsū denunciatū, accusatū, uel inquisitū, uel etiam q̄ alio modo, uel per alium modū procederetur, requiri, et citari faciat per aliquem ex baiulis communis predicti, uel baiulatus officium exercentem, quatenus infra terminū ipsius Locumtenētis, Potestatis, uel iudicis statutū arbitrio, per ipsum baiulum, uel baiulatus officiū exercentem assignandū, uel qui fuerit assignatus personaliter uenire, et comparere debeat coràm ipso dn̄o Locumtenente, Potestate, uel iudice ad se excusan̄, et defendendū à denunciatione, accusa seu inquisitione, uel alio processu, qui fit, uel fieret contra ipsum. Et predicta accusatio fieri possit, et debeat etiam sine aliqua cedula, uel scriptura, Et si dcūs accusatus, uel inquisitus, uel denunciatus, uel contra quem per alium modum procederetur in ipsa, uel pro ipsa citatione infra terminū sibi per dictum baiulū, uc dictum est, assignatū, uel assignatus fuerit personalr̄ non comparuerit, dn̄s locumtenens, potestas, iudex, uel notarius maleficiorū eundē ipsum

iterum citari faciat, quatenus infra terminū eorum, uel alicuius ipsorū arbitrio statutū, uel qui
fuerit personaliter, uenire et comparere debeat coram ipso dn̄o Locumtenente, potestate, uel iudice
ad se excusan̄, et responden̄, uel defenden̄ denunciationi, accusationi, uel inquisitioni, uel alij pro=
cessui, qui fit, uel fieret contra eum, Et baiulus, uel baiulatus officiū exercens in ipsa secunda
citatione teneatur portare cedulā manu notarij maleficiorū scriptā, et publicatā modo infra=
scripto. Et ego N. notarius maleficiorū, ponat nomē suū in dicta cedula, maleficiū cōtinente sm̄
formam statutorū scripta, que cedula maleficiū, iniuriam, et excessum contineat, et nomen accusa=
toris si fuerit accusatus, uel denunciatus, uel ad denunciationē alterius procedatur ad inquiren̄
Et si inquisitio fuerit ex officio, etiam in cedula exprimatur, uel alius processus si alio modo proce=
deretur, quam cedulam ipse etiā dimittat, et dimictere teneatur ipsi accusato, uel denunciato, uel
inquisito, uel contra quem per alium modū processus fieret, uel domū habitationis, uel alicui suo
uicino propinquo, et de omnibus, que fecerit baiulus predictus in predictis, et alijs, que suo officio
commictentur, et per ipsum consueuerint expedire, sue relationi stetur, et credatur, et habeatur
pro plena, et letima probatione de cedula relicta continente maleficiū, et de citatione, et comissione
si retulit se citasse mandato dn̄i Locumtenentis, potestatis, Iudicis, uel notarij maleficiorū, esto
q̄ comissio, uel mandatū aliquod nō appareret, et si talis accusatus, denunciatus, uel inquisi=
tus infra terminū secunde citationis cum dilatione nō comparuerit paratus cū effectu, man=
datis dc̄i dn̄i Locumtenentis, potestatis, iudicis, uel curie obedire uolens cū effectu, ipsi ac=
cusationi, seu inquisitioni in iudicio respondere confitendo, uel negando ea, de quibus accu=
satus, inquisitus, uel denunciatus fuerit, uel mō aliquo procederetur contra eum, q̄ ex tunc
ad sui preiudiciū, damnū, et incommodū ipsū contra quem procederetur pro uero contu=
mace, confesso et conuicto, et legitimis testibus superato habeatur, Et q̄ talis contumax
debeat exbanniri, et in banno poni, in quo banno sibi quinq3 dierū terminus assignetur, Et
si infra predictum terminū nō comparuerit, etiam sine aliqua alia citatione, relatione, uel re=
quisitione, uel contumax confessus, possit et debeat per diffinitiuā sententiā condemnari

de omnibus, de quibus proceditur contra eum, Et si personaliter fuerit inuenta persona citetur, si uerò non fuerit inuenta personaliter citetur iterum cũ cedula modo superius declarato ut s dictum est, siue predicte citationes, uel requisitiones, uel altera earũ facta fuerit personaliter siue ad domum habitationis eiusdem citati, dummodo nulla citatio, que fit ad domũ habitationis, et non in personã possit fieri, q̃ uenire, et comparere debeat ipso, et eodem die, quo facta fuerit citatio, et si facta fuerit pro eodem die ad domũ et nõ in personã, citatio ualeat ipso iure et predicta locum habeant in Gualdensibus districtualibus terre Gualdi, et habitatoribus in Gualdo, uel eius districtu, et forensibus quibuscũq, qui personaliter inuenti fuerint contra quos procederetur pro aliquo maleficio ut dictum est. Si uerò fuerit forensis, uel absens à terra Gualdi et habitatio, siue locus in quo habitat distaret à terra Gualdi, et eius districtu per quindecim miliaria, q̃ tunc per dnũm locumtenentẽ, potestatẽ, Judicẽ, uel Vicarium dc̃e Terre Gualdi scribatur Potestati, Capitaneo, Rectori, uel Vicario, uel altero officiali, qui prefuerit ipsi Terre, uel loco unde esset, uel ubi habitauerit talis forensis, uel Gualdensis qui nõ habitat tunc in Gualdo, uel eius districtu, et notificetur ipsi Potestati, capitaneo, uel alicui officiali, uel rectori ut dictum est quomodo talis de tali terra, uel ibidem habitans est accusatus, denunciatus, uel inquisitus ex officio, uel ad denunciationẽ alicuius conscribatur, Et scribatur rogando, q̃ dictũ inquisitum, accusatũ, uel denunciatũ citare faciat, quatenus uenire, et comparere debeat coram dnõ Locumtenente, Potestate, uel Judice dicte terre Gualdi personaliter infra quindecim dies à die presentationis dictarũ lrarum numeran ad se excusan, et defenden à dc̃a accusa, denunciatione, uel inquisitione, et litere predc̃e presententur uni ex baiulis dc̃i Comunis uel baiulatus officium exercen expensis cõis per dnũm locumtenentẽ, potestatẽ, Judicem, uel uicarium, uel Notariũ maleficiorũ comittantur. Et de ipsarũ presentatione ipsi

baiulo plena fides adhibeatur, et sit ipsa relatio plena probatio in predictis, et dictus talis pro quo misse fuerint dicte litere si personaliter non uenerit, uel non comparuerit coram dicto dno Locumtenente, potestate, Judice, uel Notario maleficiorum paratus cum effectu respondere, et se excusare ab accusa, denunciatione, uel inquisitione infra terminum in ipsis literis annotatum postquam facta fuerit relatio dno Locumtenenti, potestati, Judici de presentatione dictarum literarum ex nunc in sui preiudicium pro uero confesso, et conuicto etiam contumax in omnibus, et per omnia habeatur, et de omnibus de quibus proceditur contra eum ut dictum est, ut uerè contumax confessus, et conuictus absque aliqua alia citatione, uel requisitione possit, et debeat per diffinitiuam sententiam condemnari, dato sibi primo banno, et assignato eidem termino in dicto banno, qui sit dierum ut in capitulo de banno, et termino assignando latius continetur ¶ Gualdenses uerò citandi occasione alicuius maleficij cum cedula, uel scriptura citentur per bannitores comunis alta uoce sono tube premisso in platea comunis ante bancum iuris cum expressione maleficij de quo proceditur contra eum, et eidem statuatur terminus quinque dierum ad comparendum, si talis denunciatus uel inquisitus alicuius, qui ex officio denunciare non tenetur fuerit de dicta terra, uel loco uel habitaret, tunc habitatio, que distaret, uel esset procul à terra gualdi per quindecim miliaria, et ab inde ultra, tunc expensis accusatoris, uel denunciatoris per nuncium scribatur Potestati, capitaneo, uel rectori dicte terre unde fuerit, et ibi habitaret dicta persona citanda per dnum Locumtenentem, Potestatem, uel Judicem terre Gualdi notificetur eidem, quomodo talis denunciatus, accusatus, uel inquisitus est ad denunciationem alterius de tali maleficio, et omnia scribantur in literis, que in casu supra proximo sunt expressa, que sint litere destinande, et scribatur per literas ipsas, quatenus requirere faciant eum, ut infra quintam diem, uel maiorem terminum presentationis, quo termino uenire, et comparere personaliter in curiam Locumtenentis, potestatis uel iudicis communis Gualdi ad se excusandum, et defendendum, uel ad respondendum ipsi accusationi

aut denunciationi, uel inquisitioni alterius, qui si personaliter non uenerit, nec comparuerit infra terminũ supradictũ in sui preiudiciũ habeatur pro uero confesso, conuicto, et contumace de omnibus de quibus proceditur contra eum, et possit, et debeat ut in alijs contumacijs dictum est supra sine aliqua alia citatione per diffinitiuam sententiã condemnari ⁋ si uero inquisitio, uel alius processus fieret ex mero officio, siue ad denunciationẽ alicuius officialis, uel officium exercentis, qui debeat maleficia denunciare, et terra unde fuerit, uel ubi habitaret persona, que citari, et requiri debet sit procul à terra Gualdi per quindecim miliaria, uel abinde ultra, citetur tunc, et requiratur per unum ex preconibus dicti communis alta uoce sono tube premisso in platea cõis ante bancum iuris hoc modo, q̃ talis ex officio dñi Locumtenentis, potestatis, uel iudicis sic inquisitus, uel aliter procedatur contra eũ pro tali maleficio, et exprimatur maleficiũ q̃ uenire, et comparere debeat coràm dño Locumtenente, potestate, uel Judice personalr̃ infra quinq; dies, uel plures, si domino locumtenenti, potestati, uel iudici uidebitur conuenire ad se excusañ, et defendeñ, uel respondendũ ipsi inquisitioni, uel alij processui, qui fieret cõn ipsũ, qui si non uenerit, uel nõ comparuerit personaliter in dc̃o termino, in sui damnũ, et preiudiciũ pro uero confesso, conuicto, et contumace in omnibus, et per omnia absq; aliqua alia citatione, et uerè contumax confessus, et conuictus possit, et debeat condemnari etiam q̃ citatio facta fuerit stetur, et credatur relationi ipsius preconis, et pro plena probatione, et sit in omnibus casibus, qui suo officio cõmictuntur; saluo tamen q̃ si aliqua inquisitio facta fuerit pro motu dñi Locumtẽtis potestatis, uel Judicis, uel eorum curie, et non ad denunciationẽ alicuius de aliquo maleficio, uel excessu, q̃ talis inquisitus condemnari non possit alicuius contumacie ratione, uel si persona citata nõ comparuerit pro confesso, conuicto, et contumace, nisi dño Locumtenenti, potestati, uel Judici de ipso maleficio, uel excessu constiterit per unũ testem de ueritate, qui probet uere, uel per publicatã famã per testem, uel per testes quandocunq;, et quomodocunq; testes iurati, et examinati fuerint, que fama fuerit approbata per Rectores populi dc̃e Terre Gualdi, uel maiorem partem ipsorũ, uel nõ fuerit improbata, per quos ipsa fama nominibus testium ipsis ostensis, et uulgarizatis, et nisi inquisitio

facta fuerit de conscientia, uoluntate, et mandato dnorum Rectorũ populi, uel maioris par=
tis ipsorum, in quibus casibus si dctus inquisitus non comparuerit, uel nõ responderit infra
dictos terminos ut sic supra dictum est, pro uero confesso, conuicto, et contumace in sui
preiudicium in omnibus, et omnia habeatur, et sine aliqua alia citatione ut confessus con=
tumax, et conuictus possit, et debeat per diffinitiuam sententiã condemnari, uoluntas,
uel conscientia dnorum rectorũ super inquisitione facta, uel facienda per Notariũ refor=
mationũ in actis conscribatur cum ipsa inquisitione formata ¶ Et teneatur dnus Ins, Po=
testas, et Iudex uinculo iuramenti, et ad penã quinquaginta librarũ denariorũ inquirere
ex eorũ officio de quolibet maleficio, uel excessu contra quascũq; personas super quocumq;
uel quibuscũq; maleficijs uoluerint rectores Populi, uel maior pars ipsorũ; Et si accusatus de=
nunciatus, uel inquisitus, uel contra quẽ per aliud maleficium processũ fuerit pro aliquo male
ficio, uel excessu infra debitum terminũ comparuerit personaliter, teneatur, et debeat per se, ipsi ac
cusationi, uel denunciationi, seu inquisitioni, uel alij processui in iudicio respondere confitendo,
uel negando maleficiũ, uel excessum, uel maleficia de quibus proceditur contra eum omni ex=
ceptione, et defensione postposita, nec possit aliquã defensionẽ, uel exceptionẽ, nec etiã de nul
litate opponere, uel allegare anteq; respondeat, et in iudicio se excuset, nisi de uoluntate rec
torum procederetur, nec etiam petere possit consiliũ sapientis, nec procedi possit quo minus se
excusare, et respondere omnimode teneatur, sed omnis exceptio, et defensio legitima, decli=
natoria, peremptoria, uel anormala sit sibi salua, et etiam opponere possit, et probare postq;
se excusauerit, et responderit in iudicio ut supra dictum est infra terminũ per dnũm locum=
tenentẽ, Potestatem, uel iudicem assignan, uel ad facien, et producen omnes suas defensiones,
¶ Et si delicta super quibus proceditur merentur corporalem castigationẽ, anteq; deueniatur
ad aliquã uerbalem citationẽ de inquisito, denunciato, querelato, uel accusato, constito per
unum testem idoneũ de delicto, uel habitis indicijs ad capturã urgentibus, fiat personalis

citatio, capiatur, et ducatur ad carceres, et inde non exeat, donec de iure nō fuerit discussum de ueritate rei, et pronunciatū quid iuris, et quid agendū, et si innocens apparuerit, relaxetur, sin autem castigetur, et condemnetur ut iuris fuerit. ¶ et simili modo procedatur contra reos condemnandos in pecunia, et in subsidiū in pena corporali, qui non relaxetur, nisi constito de innocentia rei, aut actualiter pena in contan͂ depositata, Et si reus, inquisitus, denunciatus, uel accusatus dixerit comparere, et comparuerit in quocūq; termino etiam post bannū, ante tamen sn͂tiam admictatur, Et si causa corporalis fuerit, carceretur usq; adeo constiterit de innocentia, et fideiussione, prius non relaxetur ¶ Sin autē causa fuerit pecuniaria mera, tunc demū deueniatur ad realem citationē, siue capturā, cùm reus nil possideat in bonis, et suspicetur de fuga. Si autem possideat, uel nō sit suspectus, citetur modo premisso prima uice uerbo, secunda uice cū cedula continente tenorem, et comparens admictatur ad responden͂ explicite per uerbum sic est, uel non est medio iuramento delato, et data idonea cautione de stando iuri, et iudicatū soluendo, ac se presentando sub pena arbitrij iudicantis, et nō admittantur procuratores. Reoq; assignetur terminus octo dierum ad suas defensiones facien͂, et ex causa urgenti possit prorogari arbitrio iudicantis, qui terminus sit, et esse intelligatur cōmunis tàm rei, q̄; accusatoris, querelantis, denunciantis, uel iudicis, infra quem terminū testes recipiantur ad iuramenta, et dicta, siue attestationes pro utraq; parte etiam pro parte curie pro cuius parte examinati ad informationem repetantur, quorum testiū copia non detur, nisi sint publicati, et aperti, et in eodem termino, et usq; ad sententiam produci possint instrumenta publica ¶ Insuperq; ad inquisitionē nō procedatur ex mero officio, nisi in causis grauibus uulnerū, homicidiorū, rapinarū, incestus, raptus, uiolentie, stupri, sodomie, corruptionis Monialium, sacrilegij, false monete, et tonsionis, siue incisionis eiusdē furtorū, agressionis stratarū, lesę maestatis, turbationis pacifici status sac: sancte Rom. Ecc:ᵉ et Gualdi, delationis armorū, hortorū, et uinearū depredationis, carminū, et literarum, et spurcarum

appositionis in iniuriam alicuius, et deuastationis rerum publicarũ, et priuatarũ, in causis ma=
leficarũ, siue stregarũ, concubinarũ publice retentarũ, in ascendentibus, et descendentibus mu=
ros comunis extra terrã; in ueneficis, in patricidijs, Vxorisidijs, fratricidijs, filicidijs, in percusso=
ribus cũ baculo, saxis, uel alijs instrumentis, in publica infamia alicui illata, in offensa illata
dño Locumtenenti, Potestati, Prioribus, uel alijs officialibus, in offensionibus illatis pauperibus
personis, et religiosis personis, et in omni casu per inquisitionem procedatur ubi aliàs timet
de scandalo, et presertim in pacibus fractis, et treguis, et similiter in tractando paces, et tre=
guas faciendo, ad quas de facto omnes cogantur arbitrio dñi Judicantis ad querelã, accusã,
et denunciam procedatur indistincte in omni causa sm̃ q͡ fuerint porrecte à partibus, et non
probantes eorũ querelas, accusã, et denunciã in expensis parti, et in libris quatuor pro pena
Camere condemnentur, que de facto lata snĩa exigatur

## Addirio R.mi dñi Cardinalis de Monte

Jtẽ ne per Magistratus Statuta infrigantur, qui eorũ obseruationi proniores ceteris esse debe=
rent V. B.ne D. moneat, et precipiat, ut Locumtenens V. B.ne D. seu potestases pro tempore
futuri, statuta quelibet terre predicte obseruentur inuiolabiliter, et ab alijs faciant obser=
uari, et faciendo penalia banna contra, uel preter formã statutorũ nullatenus habeant fa=
cultatem, nisi ad id specialis, et expressus V. B.ne D. consensus accesserit, exceptis tamen gra=
uioribus, et rigorem, ac manũ regiam exigentibus: Placet. A.

## Additio similis R.mi dñi Card.lis de S.to Seuerino

Jtem ad imponendũ modum nimie quarumdam officialiũ auiditati, inherendo laudabilibus re=
formationibus aliàs desuper editis, placeat inhibere eisdem locatenen, potestatibus, et iudicibus
ne contra formam, tenoremq͡ statutorũ dc̃e terre audeant, uel presumant per bannimenta, uel
alia edicta aliquas statuere penas graues, presertim ita q͡ Statuta inuiolabiliter obseruentur, con=
cessio autem, et facultas tàm per literas, q͡ per aliud rescriptũ dictis locatenen, potestatibus, et
iudicibus pro tempore danda, uel conceden contra premissa non ualeant, nisi specialiter, et

et expresse presenti capitulo de uerbo ad uerbum fuerit derogatum, Placet nisi bannimenta fuerint subscripta manu nostra, et nostro sigillo sigillata, Ant:

It. qđ ijdem Locatenentes, et Judices, qui pro tempore erunt in dcā Terra nō possint partem aliquā penarū obtinere, ut omni prorsus lucri cupiditate cessante puras habeant manus, et puniendos puniant, absoluendos uerò nullo affectu impediente liberent, et absoluant, Nec deinceps in sua quodámodo causa iudices existant; Placet. Ant:

## Vt Femine non Laruentur Rca 2

Femine, que se laruauerint, et fecerint mascaras quocumq; tempore etiam carnis priuij pena quinquaginta solidorū puniantur uice qualibet:.

## Correctio Rmi Rx de Monte

Sub rubrica ut Mulieres nō Laruentur Statuitur ut femine nō laruentur sub pena uigintiquinq; solidorum, ut scandalis obuietur, et Mulieres honeste uiuere non dediscant, placeat tam mulieribus laruandis, q̃ eas comitantibus unius auri penam imponere: Placet:

## De repertis in fragranti crimine Rca 3

Repertos in fragranti crimine de die, uel de nocte si fieri potest officiales capiant, et ad ius reddētis presentiam ducant, castigando ut merita iuris expostulant.

## Decretū Rmi Dni Cardinalis de Sto Seuerino 3

Item per euitare molti desordini, che fanno i Caualieri, et altri officiali in eseguire, et detenere li huoi et habitatori di detta terra di Gualdo, se ordini, et Statuisca, che sensa espressa cōmissione data in scriptis nō debbano, ne possano pigliare, ne retenere alcuno per debito ciuile, ne criminale, saluo non fosse condennato, ò descritto per condennato nei libri de maleficij, contra facendo incorra la pena sopradetta d'applicarsi come di sopra, et della parte della Communità non si possa far gratia tanto di questa, come delle altre, nisi obtenta in pleno consilio, Placet addita pena uigintiquinq; ducatorum auri Camerę nostre applicañ. Ant:

## Qualr possit Lns, uel Potestas, et eius officiales procedere, et insistere super Maleficijs Rca, 4

Item statuimus, et presenti statuto firmamus, qd Dnus Locumtenens, Potestas, Judex, siue uicarius, et quilibet eorum possit, et debeat, et eis, et cuilibet ipsorũ liceat ex eorũ, et cuiuslibet ipsorũ officio inquirere, et inquisitionẽ facere, uel ad denunciam alicuius procedere de omnibus, et singulis maleficijs, iniurijs, offensis, excessibus, et delictis magnis, et paruis, cõmissis, et que cõmicterentur, aut que cõmissa dicerentur tempore regiminis ipsius dñi Locumtenentis, uel potestatis infra sex menses, et super ipsis inquisitionibus contra inquisitũ procedere ut dictum est, et repertum culpabilem punire, et condemnare sm formã statutorum terre Gualdi, de maleficijs offensis et delictis loquentium, et etiam tempore regiminis ipsius dñi Locumtenentis, uel potestatis commissis, et que cõmicterentur, uel etiam ante tempus ipsius dñi Locumtenen, uel potestatis infra sex menses teneatur accusã, uel denunciã, que facta fuerit per terrigenã, uel forensem recipere, et in continenti super ipsis contra accusatũ, uel denunciatũ procedere, Et si contigerit aliquem processum criminalem in curia cõmunis Gualdi factum impediri per uiam annullationis, cauillationis uel aliqua alia causa, quo minus ad sententiam peruenire possit iuridice, Potestas, iudex, uicarius, uel locumtenens, et notarius maleficiorũ teneantur, et debeant ipsum processũ reassumere, et fine debito terminare per sententiam sicuti iuris fuerit, et totiens reasumatur quotiens cõtingat cauillationẽ, et annullationẽ opponi per aliquos; Et si ipsi officiales fuerint negligentes, uel aliquis ipsorũ, puniatur Dnus Locumtenens, uel potestas in centũ libris, Judex in quinquaginta notarius in uigintiquinq, in quibus condemnentur tempore sindicatus, Et dnus Locumtenẽs, uel potestas, et Vicarius, et Notarius maleficiorũ, qui pro tempore erunt, et quilibet ipsoꝝ teneatur, et debeat omnes, et singulas accusationes, et inquisitiones, que ad manus, uel notitiam ipsorũ peruenerint, uel alterius ipsorũ de quibuscumq maleficijs, uel offensis, que cõmisse dicerent, teneantur, et debeant infra tertiam diem à die receptionis mittere, seu mitti facere in libro ipsius communis, in quo processus maleficiorũ scribuntur legitime, et ordinate, et infra dictã tertiam diem à die receptionis, et denunciationis recepte, et formate notificare Notario reformationũ dicti cõmunis, declarando nomen accusati, denunciati, uel inquisiti, et delicti, ipsas accusa=

tiones, uel inquisitiones per scripturā publicā manu notarij maleficiorū scriptā, et ipse Notarius reformationū teneatur, et debeat de ipsis memoriā facere, et tenere secrete quinq; diebus, que notifica tio sufficiat si per unum ipsorū officialiū fiet. Et si in predictis predicti officiales negligentes fuerint ipsi, et quilibet ipsorū pro qualibet accusatione, denunciatione, uel inquisitione, quam nō notificaue= rint modo predicto in decem libris uice qualibet condemnentur, et processus accusationis, denun= ciationis, uel inquisitionis infra triginta dies utiles à die exhibite accusationis, denunciationis, uel formate inquisitionis numerandos per condemnationē, uel absolutionē teneantur, et debeant per diffinitiuā sententiā terminare, uel per absolutionē ab obseruatione iudicij si iudiciū fuerit male= ficium de iure process, et infra predictos triginta dies, processus terminati non fuerint, ut dictum est, ipse dn̄us Locumtenens, uel potestas in uiginti quinq; libris pro quolibet processu nō terminato, et Iu= dex in decem libris per assessorē cōmunis condemnetur tempore sindicatus, Et nihilominus infra triginta alios dies ad dictam penam teneatur ipsos processus, et iudicia terminare ut dictum est Processus autem per suos precessores initiatos si nō fuerint per sententiā terminati, terminare debeant infra triginta dies à die introitus dn̄i Locumtenentis, uel potestatis numerandos, et finire ut dictum est, ad dictam penam, Et nihilominus dn̄us Locumtenens, uel potestas infra alios triginta dies pro= cessus ad dictam penam finire, et terminare teneatur, nisi ex legitima causa supersederit, uel non terminauerit processus, et iudicia supradicta, et legitimā causam affuisse credatur si per Rectores populi, uel maiorem partē ipsorū uoluerint ipsos processus, et iudicia terminari, uel finiri, uel per ipsos, uel maiorē partem ipsorum steterit, et de hoc quod dixerint dn̄o Locumtenenti, potestati, uel iudici manu Notarij reformationū debeat apparere publicū instrumentū, quod sit sufficiens, et legitima causa, et excusatio dn̄i Locumtenentis, uel potestatis, et suorū officialiū predictorum, Et quod dn̄us Potestas, uel Locumtenens, iudex, et Notarius maleficiorū, et notarius damnorū dator; teneantur, et debeant ad petitionē, et terminū dn̄oz rectorū populi terre Gualdi, et sex bonorū hominū, uel maioris partis ipsorum per duos menses ad plus in omnibus processibus, accusationib;

inquisitionibus, denunciationibus, uel alijs quibuscumque tam in processibus damnorum datorum
quam maleficiorum supersedere, et ulterius non procedere, uel procedi facere durante termino declarando
per dictos dominos rectores, et sex bonos homines, excedere tamen non possint ultra dictos duos menses
Et si dictus dominus locumtenens, potestas, iudex, uel notarius maleficiorum, et Notarius damnorum
datorum predicta non fecerint, uel non obseruauerint, nec obtemperauerint, in centum libris condem=
nentur, camere totiens, quotiens contrafecerint tempore sindicatus; Et ne sit instantia iudicij
et processus infinita, et immortalis forma, si tempore initiati processus in quacumque causa crimi=
nali diffluxerint duo anni, quod ex tunc iudicium, et iustitia ipso iure pereat, nec amplius super pro=
cessu predicto contra denunciatum, accusatum, uel inquisitum fieri possit aliquo modo aliquid, nisi
ab ipso processu fuerit appellatum, quo casu tempore predicte appellationis in ipsis duobus annis no=
lumus imputari; Ne autem dominus Locumtenens, potestas, uel iudex de modo terminationis pro=
cessuum, et ne se possint ignorantia excusare, Massarius communis, qui pro tempore fuerit teneatur, et
debeat assignare omnes libros accusationum, denunciationum, et inquisitionum, et omnium processuum
saltem dominorum locumtenentis, uel potestatis, et iudicis, et aliorum officialium, qui uenerint ad regimen
dicte terre, si de uoluntate dnorum rectorum processerit. Item ne iniurie antique, et que obliuioni
misse sunt possint ad memoriam reuocari, uolumus, et ordinamus, quod dominus Locumtenens, uel potestas,
iudex, uel uicarius non possit, nec eis, nec alicui ipsorum liceat inquirere, nec inquiri facere ex officio
uel ad denunciam, uel petitionem alicuius de aliquibus maleficijs, iniurijs, uel inobedientijs, uel de=
lictis, uel excessibus commissis, et que commissa dicerentur ante tempora Reverendissimi D. N. domini Antonij de Monte
Episcopi Albanensis sacrosancte Romane Ecclesie Cardinalis papiensis, que maleficia idem Reverendissimus dominus omnibus
remisit gratiose, et pacem generalem inter omnes constitui, et fieri fecit, et mandauit inimicitias
et partialitates antiquas nullo modo recognosci, et reuideri, Et si secus fiat, in futurum recognoscen=
tes pena inferius statutaria puniantur.

## Quod procedatur de similibus ad similia Rubrica . 5

Item statuimus, et ordinamus, quod super maleficijs, excessibus, iniurijs, et offensis aliquibus leuibus, seu

grauibus, seu arduis quandocumq3 cómissis, seu in posterum cómictendis nó reperiretur aliqua termi=
nata pena per aliquod capitulum pntis statuti, qd dnùs Locumtenens, potestas, seu iudex, uel uicarius
super his possint, et debeant procedere, cognoscere, et terminare de similibus ad similia procedendo,
dummodo qd similatio fiat per dnùm Locumtenenté, uel potestaté, uel uicariú unà cú rectoribus populi
dicte terre ut melius sciuerint, et etiam in puniendo non excedant modú, et illud sit simile, et pro si=
mili habeatur, quod interpretatú, et assimilatú fuerit per dcós dnùm Locumtenenté, uel potestaté, et
iudicem, uel uicariú unà cú rectoribus predictis, uel maiori parte ipsorú, qui pro tempore fuerint, et
secundú dictam similationé, et declarationé predictá, prefati dnùs Locumtenens, uel potestas, et sui
officiales ad condemnationé contra malefactoré, et delinquenté procedere possint, et debeant mature, et nó
aliter, Et si aliter facta fuerit ipsa sententia, et condemnatio sit nulla, et nó ualeat ipso iure:·

## De pena maledicentis Deum, Matré, et sctos Dei Rca 6

Item statuimus, et ordinamus, qd nulla persona audeat, uel presumat maledicere, uel blasfemare Omni=
potentem Deum, uel beatam Virginé Mariam matré eius, uel etiam aliqué, uel aliquos sanctorú, et sanctaz
Dei, nec ei, uel eis, aut alicui ipsorú aliquid iniurie, uel obrobrij dicere, uel facere ullo modo presumat
nec etiam uerba ampullosa, uel equipollentia, uel si in antedcós prorumpere in loquendo, uel faciendo
contra Deum, et beatá uirginé Mariam, uel sanctos, uel sanctas eius audeat, uel presumat, contra uerò
faciens, si de Deo, uel matre eius dixerit, uel fecerit soluat Camere uice qualibet decé libras, et faciat
uná canná muri uiui in circa cómunis, omnibus suis expensis habita calcina à cómuni; Sancto uerò,
uel sancte dixerit, uel fecerit, in medietate dcé pene uice qualibet condemnetur, et possit à quolibet accu=
sari publicè, uel priuate, dummodo legitime probetur. Et si aliquis in predictis presens fuerit, cùm ab
officialibus interrogaretur per sacramentú, et tacuerit, et nó dixerit ueritaté, pene subiaceat predcé
et si talis delinquens non soluerit dictá pená, seu soluere nó poterit, per Terrá Gualdi fustigetur, et si
ille, in cuius domo hec dicta, et facta fuerint non denunciauerit huiusmodi alicui officiali statim

et dictis, et factis pene subiaceat predicte, cuius pene pecuniarie medietas sit camere, et alia accu=
satoris, et nomen accusatoris teneatur secretum si uoluerit:

## De pena iurantiū per Corpus, et sanguinem Christi R^ca 7

Item statuimus, et ordinamus, q̄ nulla persona cuiuscūq; conditionis existat, audeat, uel presumat
quoquo modo iurare per sanguinē, uel corpus christi, uel beate Marie Virginis matris eius, uel ali=
cuius sancti, uel sancte, per aliquod membrū sanctorū, et sanctarū dicendo aliqua equipollētia
uel similia dicta; contra uerò faciens in uiginti solidis de facto condemnetur per dnūm Locum=
tenentē, uel potestatem dc̄e terre, quod bannum, et pena ueniat ad manus camerarij camere,
et medietas sit accusatoris; Addentes huic capitulo, q̄ siquis iurauerit per uulnera, uel ui=
scera dei, uel beate Marie uirginis, uigintiquinq; libras soluere compellatur, et si dictam penam
infra decem dies à die mandati sibi facti de soluendo per dnūm Locumtenentē, uel potestatem
uel iudicem, uicariū, uel alium officialē dc̄e terre non soluerit, amputetur sibi lingua in loco iustitie:

## Pene duplicentur delinquentibus ubi, et quando R^ca 8

Statuimus, et ordinamus, q̄ omnes pene per statuta contra quoscūq; delinquentes super
maleficijs, et iniurijs formatis, et positis duplicentur illis, et contra illos, qui cōmiserint ali=
quod maleficiū, et attemptauerint committere, uidelicet quando dnūs Locumtenens, uel po=
testas à terra Gualdi, et eius districtu fuerit absens, cuius absentie probatio sufficiat per
publicā uocem, et famā ¶ Item similiter contra illos, qui cōmiserint aliqua maleficia, uel cō=
mittere attemptauerint ultimo mense regiminis dn̄i Locumtenentis, uel potestatis ¶ Itē in ui=
gilia, et festo natiuitatis dn̄i nr̄i Iesuchristi, ¶ Itē in festo sancti Angeli de mense Maij cum
duobus diebus ante dictū festū ¶ Itē in uigilia, et festiuitate sancti facundini, et peregrini ¶ Itē
in festo, et uigilia sancte Marie de mense augusti ¶ Item quando aliquis iret cum mortuo ad
Ecclesiā, uel rediret, ¶ Itē in die lune contra illos, qui cōmiserint aliquod maleficiū contra uenientē

ad forum, aut contra illos, qui in foro starent, uel ab eo redirent uersus terram Gualdi, uel in loco
ubi essent presentes decem homines, uel plures, et etiã à platea cõmunis usq; ad portã s.ti Benedči
ab Ecc.a sancti donati usq; ad portã sancti Martini, ab Ecc.a sancti Benedicti usq; ad portã s.ti
Jacundini, et à fonte Ecclesie sancti Benedči usq; ad portã sancti donati, semper per directũ
per uiã magistralem trahendo, et in platea cõmunis. Item in domo populi, et in Ecclesijs, et contra
portantes arma uetita locis, et temporibus supradictis contra formã statutorũ, et etiã contra
illos, qui offenderint aliquem ex rectoribus populi in officio existentibus, uel infra duos menses
post sui officij depositionem, nec nõ contra omnes, et singulos, qui tempore noctis cõmiserunt
aliquod maleficiũ ut supra per formã statutorũ predictorũ, Nox enim intelligatur post sonum
campane populi, que pulsatur de sero pro custodia terre Gualdi, et ante sonũ campane, que
pulsatur de mane ad primã, quod bannũ, et penã dupli soluere compellantur, et eis gradatim
et compensatis excessibus, quibus delinquentibus pena duplicetur pro ipso maleficio interpre
tatur per formã statutorũ loquentiũ de illo maleficio, uel delicto, ita tamen, q nõ fiat nisi una
duplicatio contra illum, qui deliquerit una uice etiã, si tunc quando maleficiũ aliquis commise-
rit in terra Gualdi, uel alibi, et aufugerit in aliquã Ecc.am uel in domũ alicuius prelati in du-
plum condemnari debeat, in qua condemnari debet si nõ fugerit, et habeatur pro confesso in sui
preiudiciũ de maleficio pro quo fugerit malefactor, uel accusatus, denunciatus, uel inquisitus.
Volumus insuper q in offensionibus factis hactenus contra aliquẽ ratione loci, uel temporis
pene debeant duplicari:·

## Qualiter pene delinquentibus mitigentur R.ca 9

Item statuimus, et ordinamus, q quicũq; fuerit confessus aliquod maleficiũ, de quo fuerit denũciatus
uel ab aliquo accusatus, uel de quo inquireretur contra eum, in prima sua responsione, quã faciet
de maleficio, de quo contra eum inquireretur, uel accusatus est excusando, et hoc sponte se-

cerit, relaxetur ipsi quarta pars eius, quo condemnari debet ex forma statutorũ, uel iuris, et
si quis soluerit infra decem dies post latã sententiã, relaxetur alia quarta pars eius, quo con=
demnari debet, ita qđ predcã confessione, et solutione infra spaciũ decem dierum postmodũ prima
eius condemnatio ad dimidiam relaxetur. Si uerò Gualdensis offenderit forensẽ, uel aliquod
maleficiũ contra eum cõmiserit in medietate dcẽ pene in qua deberet si offenderit Gualdensẽ
per dnũm Locumtenentẽ, uel potestatẽ, et eius curiam puniatur, et plus, et minus arbitrio dnorũ
rectorũ populi terre Gualdi, considerata qualitate offendentis, et offensi, et qualitate delicti, et
intelligantur, et locũ habeant omnia supradcã in condemnatione à quadraginta solidis supra,
et non de alijs, quorũ beneficiorum, scilicet confessionis, et solutionis utraqʒ per se locũ habeat, et
pro utraqʒ, uel altera tm̃ ad solutionẽ dcẽ quarte partis relaxetur, dummodo dcã relassio
pro confessione, et solutione predcã locũ nõ habeant in condemnationibus, et offendentibus ali=
quem precio, de portantibus cultellũ feritoriũ, malitiosũ, et acutũ, et similia per dnũm . . .
et quandocũqʒ etiam post sententiã infra decem dies fecerint pacem, mitigetur pena delinquen=
tibus pro una alia quarta, et ex pacis confectione nõ sumatur indiciũ aliquod con paciscentes:.

## De carcerandis, et torquendis Rca 10

Non carcerentur malefactores, nec torqueantur nisi forma superius expressa, et si aliquis per testes
idoneos uoluerit indicia purgare, assignato sibi competenti termino admittatur, qui si purga=
uerit non torqueatur, et aliis si nõ probauerit cũ moderamine torqueatur in pñtia unius, uel duorũ
ex prioribus ut supra, et uarij, siue contrarij rei in eorũ dictis reperti propter uariationẽ solam
possint torqueri, et nõ carceretur aliquis, nisi legitimis indicijs ad capturam subsistentibus de iure
et confessata in tortura nõ ualeant nisi uerificentur, et qđ Reus perseuerauerit in confessione:.

## De examine Reorum Rca 11

Ius reddens omnes reos quorũcumqʒ criminũ apud se, et nocte in loco secreto palatij examinet de=
lato iuramento in forma, ac eis Reis declarata ui, et effectu iuramenti, et prius si causa est
grauis, examen apud acta faciat anteqʒ super inquisitione, accusa, querela, uel denuncia res=

pondeatur, et examinetur subtiliter reus de etate, de arte, loco originis, de conuersationibus, amicis, de suis consuetudinibus, si est rixosus, fur, blasfemus, lusor, adulter, raptor, uiolator, an bone sit, uel male fame, et demum deueniat ad particularia à longe examinan si cognouit talem forte occisum, uel uulneratú, iniuriatú, uel cui cómissú est furtú, uel si Mulier est, si cognoscit talem mulierem, et quomodo, et quá conuersationé, et quo in loco, et quanto tempore, et si audiuit dicere fuisse maleficiú de quo agitur factum, et quando, et quo tempore, et à quo, et à quibus, et si erant socij, consanguinei, uel affines, et de quibus suspicetur, uel sit fama, et ubi tempore facti delicti erat reus, et quis cú eo staret, et subtiliter interroget, interrogationes omnes in processu apud acta in libro magno apponendo, et conscribendo, et si negauerit, et in aliquo fuerit uarius, moneatur, ut cogitet ueritatem dicere pro sequenti die, et in carceribus detrudatur. sero auté sequenti nisi ueritatem dixerit torqueatur, et si fieri potest in facie rei fiat paragonus cum testibus:·

## De cautionibus de bene uiuendo, et se presentan dandis R^{ca} 12

Ut Terra, et districtus Gualdi bene perpetuò regatur, ac pacificé teneatur, Ius reddens cogat, et compellat de facto quemcúq; et quoscúq; cuiuscúq; qualitatis existant arbitrio suo ad dandum cautiones idoneas de bene, laudabiliterq; uiuendo, et neminé facto, uel uerbo offendendo, et aliquid mali nó faciendo sub penis arbitrio suo imponen, et similiter ad cauendú de se presentan totiens, quotiens ꝑ et duret tanto tempore, quanta apparuerit descripta, et ordinata per Ius reddentem, et in contractibus cautionú desuper factis conscribantur per maleficiorú Notariú in libro camere, uel aliàs per notarios gualdenses, qui saltem súmarium earúdem cautionum transmittant ad Camerá pena quinquaginta solidorú contrafacien uice qualibet, et in dandis dictis cautionibus ius reddens sit solicitus, et nó teneatur dare causá quare alicui, tales cautiones duxerit dandas, sed sufficiat sola conscientia, et uoluntas ius reddentis, et recusantes tales cautiones dare incidant in pená quinquaginta librarú ipso facto absq; gratia aliqua exigen totiens, quotiens fuerint requisiti, et ultimo loco si nó comparuerint banniantur, et fiant rebelles communis Gualdi:·

## De Condemnatis in pena pecuniaria R.ca 13

Condemnati in pena pecuniaria donec penã non soluerint ad nullũ officiũ recipiantur, nec ad aliquos honores communis, et si artifex fuerit, libris suis non detur fides si autẽ artem non faciat, si pena est maior librar̃ uiginti nõ admittatur ad agendum, et peten̄, sed à limine iudicij repellatur:

## De uociferantibus, et cantantibus nocturno tempore R.ca 14

Quia sepe euenit, ut iuuenes cateruatim insimul de nocte alta uoce cantando per longũ spatiũ uadunt, et sepius scandala oriuntur tùm ex uocibus prolatis, tùm ex inhonestis cantioni-bus, et uerbis coràm domibus aliquorũ cantatis, et prolatis, Statuimus neminẽ posse ire ad cantandũ, uel sonan̄ de nocte, uel per terrã Gualdi nisi in aliqua domo ubi ballaretur, uel fierent nuptie, et uociferantes, et cantantes cateruatim usq; ad numerũ trium incidãt in penã quinquaginta solidorũ de facto exigendorũ à milite et socijs, et ea nocte, qua reperti fuerint uociferare, et cantare teneantur ad omnia furta, et delicta cõmissa per quoscũq; de quibus non haberetur notitia:

## De opponentibus se Curie, et executoribus, ac baiulis R.ca 15

Statuimus neminem opponere se posse facto, uel uerbo militi socijs, extraordinario, uel alijs executoribus, et si se opposuerint uerbo uetando fieri pignus incidant in penã librarũ decem, et si facto cũ manu uacua incidant in penã quinquaginta librarũ; si cũ armis, lapidibus, uel bastone citra offensionẽ corporalem incidant in penã centũ librarũ; si autem in personã offenderint citra mortẽ, confiscentur bona omnia, et manus dextra amputetur, si autem offenderint cũ morte, publicentur bona omnia, et domus funditus diruatur, et offensores capitis amputatione puniantur, et consanguinei usq; in quartũ gradũ cogantur ad redemptionem diruere domos, et reliqua bona emere, et idem fiat in offendentibus dños Priores, et eorum familiam, et baiulos communis:

## Correctio R.mi de monte

Sub rubrica de opponentibus se curie Statuitur, quod offendens in personã officiales, uel baiulos

quod omnium bonorum confiscatione plectantur. Statutū crudele est, Placeat disponere, ut obseruetur statutū sub rubrica contra offendentes Locumtenentē, potestatē, uel familia, ubi sā citur, qp puniatur triplo eius quo puniretur offendens Gualdensem, excepto casu offensionis Locumtenentis, uel potestatis, in quibus pena pn̄tis statuti seruetur

## Vt accusatores, denunciatores, et querelatores prosequanť, alˀs condemnentur R.ca 16

Accusatores, denunciatores, uel querelatores postq̄ porrexerint accusā, denunciā, querelam, uel inquisitionem prosequantur usq; ad finem, alias condemnentur in libris decem denarioꝝ et expensis:

## De Partialitatibus R.ca 17

Cum retroactis temporibus maxime partialitates, et inimicitie in terra Gualdi uiguerint et futura homiccidia, rapine, depredationes et alie enormes extorsiones euenerint in tantum qꝫ Tiranni, ac temporales domini recognoscebantur penitus sacrosc̄a ro. Ecc.a et sede ap.ca seposita. Et cum alias in uisceribus misericordie terrā ipsā Gualdi ad pacem et quietem reduxerimus, delicta, furta, homiccidia, et alia omnia gratiose remiserimus, uolentes quā tum possumus Deo duce pacem ipsā, et quietē manutenere, quod fieri nō potest nisi memoria temporaliū, et aliorū dominorū, et tiranorum dimissa et seposita. Idcirco statuimus et ordinamus omnes homines Gualdi nō posse recognoscere in eorū dominum et patronum nisi solam sacro sanctam Rom. Ecc.am et suos Gubernatores, et ministros, Et quicūq; dn̄is dominis temporalibus adheserit, et ipsos conuocauerit, aut eorū subditos factꝰ aliquid inhonestum commiserit, lese maiestatis pena puniatur, domus ipsius destruatur, et filij, Uxor et tota eius familia à terra Gualdi, et eius districtu perpetuò expellantur, Et si uerbo, uel signis partialitates recognouerint cōminando, uel aliter ostendeñ in corde habere partialitates, et stigmata dn̄orum, uel tirānorū banniatur à Terra Gualdi, et bona Cam.re

applicentur in tantũ q memoria eiusdem nullo modo habeatur, Et simili pena lese ma=
iestatis inimicitie ueteres ante presens tempus remisse nõ recognoscantur, nec renouentur
aliquo modo, et si secus fiat puniantur ut partiales, et lesę maiestatis Rei:.

## De bannitis, et condẽnatis impunè offendeñ, et capiendis Rca 18

Condemnati in pena corporali, uel subsidiaria transfusa lapsu temporis in corporalẽ impunè
absq pena, et banno aliquo offendi possint usq ad mortẽ inclusiuè à quocũq, et pro pre=
mio recipiat à camera libras decem denariorum, subitò q docuerit bannitos similes offen=
disse, et interemisse, aut ad presentiã ius reddentis duxisse, et unicuiq sit licitũ bannitos,
et condemnatos similes capere, et ad iudicis presentiã ducere cũ lucro, et premio supradicto:

## De Incendio Rca 19

INcendiarij qui incendiũ studiose in alicuius bonis immiserint, capitis amputatione plectan=
tur, et omnia bona sua fisco applicentur

## De coadunatis, et conuenticulis Rca 20

Facientes coadunatas, et conuenticulas de consanguineis affinibus, uel etiã priuatis gual=
densibus, aut forensibus pena perpetui exilij, et confiscationis omniũ bonoꝝ puniantur,
et ipsorũ domui tectum leuetur, et deponatur, Et nihilominus forenses, qui coadunati
fuerint capite puniantur, et habita licentia à ius reddente forenses coadunati malo animo
et intentione animo Gualdenses offendendi, impune ab omnibus de Gualdo possint offendi
usq ad necem inclusiue; Gualdenses autẽ coadunati malo animo pena perpetui exilij, et
confiscationis omniũ bonorũ puniantur, et patres pro filijs legitimã soluere teneantur:.

## Correctio Rmi Dñi Cardinalis de Monte

Sub rubrica de coadunatis, et conuenticulis, et sub rubrica de pena facientiũ congregationẽ gen=
tis, statuitur facientes conuenticulã, uel congregationẽ gentis bona omnia confiscentur. Placeat de=
clarare, ut procedat quando fieret congregatio, et conuenticula ad turbandũ boni statũ cõis

alias pena sit centũ ducatorũ, uel prout arbitratus fuerit dñus Locumtenens ℈ Placet:

## Vt comburentes siluas, uel cesas ad seren granũ, condemnentur Rca 21

Cum silue cõmunis à comburentibus sint quasi ad nihilum reducte, et non supersint tot silue, que suffi=ciant pro faciendis lignis ad comburen, Statuimus nemini licere siluas cois, et camere comburere, et in=cidere, seminandi granũ causa ad penã quinquaginta librarũ camre soluen serti amissionem:

## Vt abolitiones non fiant, nisi ut infra Rca 22

Abolitiones, et circũdationes processuũ non fiant nisi in causis leuibus, turbatione possessionis, percus=sionis manu uacua, insultus sine armis, uerborũ iniuriosorũ, et similiũ, et nõ in alijs causis, et male=ficijs maioribus, et adhibeatur quòd non dolosè, sed ex calore iracundie, et sẽper deferat iuramentũ

## Contra offendentem D. Lntem, uel Potestatẽ, uel eius officiales Rca 23

Item statuimus, ordinamus, et firmamus, ꝙ nemo audeat, uel presumat offendere dñum Locumtenentem, potestatẽ, iudicem, uel Notarium cois Gualdi, siue notarios officiũ habentes in dcã terra, uel iniuriam eis, uel alicui ipsorũ facere dicto, uel facto; Et qui contrafecerit quoquo modo, si contra dñum Lo=cumtenentẽ, uel potestatẽ in triplo condemnetur eius, quo condemnari deberet si factũ esset contra aliquem Gualdensem; Et si quis similiter contrafecerit ut supra dictum est contra personas iudicis, et notarij, si uerò contra aliquem, uel aliquos ex familiaribus ipsorũ factum fuerit, condemnetur in eadem pena, in qua condemnari deberet si contra Gualdenses cõmisisset; et de iniurijs factis dño Lnti, potestati, uel iudici, uel notario, aut familiaribus ipsius, uel ipsorũ, Iudex possit cognoscere, et termi=nare, capitulo alio non obstante

## Qualr, procedatur con D. Lntem, Potates, uel officiales Rca 24

Item statuimus, et ordinamus, ꝙ si dñus Locumtenens, uel Potestas contra iudicẽ, uel Notarios, uel alios suos officiales, aut familiarem, aut iudex, uel Notarius, uel aliquis ex familiaribus ipsius dñi Lntis uel potestatis contra dnum locumtenentẽ, uel potestatẽ, uel inter se cõmiserint maleficiũ aliquod contra debitũ ordinẽ familiaritatis, ꝙ contra tales delinquentes possit, et debeat per successores

51r

eorum procedi, prout proceditur si comisissent contra Gualdensem :.

## Contra officiales offendentes aliquem de Gualdo R.ca 25

Item statuimus, quod dnus locumtenens, uel potestas, iudex, siue uicarius, uel notarius maleficioru uel aliquis ex familiaribus dni Locumtenen, uel potestatis non debeant offendere, nec offen=dant aliquem de Gualdo dicto, uel facto, et si contra fecerint puniantur, et condemnentur et contra ipsos procedatur ad pena, qua condemnaretur Gualdensis si comisisset predicta uel aliquod predictoru contra Gualdenses, et liceat cuilibet gualdensi si offenderetur, uel iniu=riaretur ab officialibus predcis, uel aliquo ipsoru, uel aliorum se defendere etia si iudex legi=timu modu defensionis excederet, tamen nullatenus puniatur in eo quod fecerit ad suam defensione, Saluo quod dnus Locumtenens, uel potestas contra delinquente, et maleficia com=mictentem possit procedere ad capien ipsos personaliter, et ducen in palatiu communis, uel ad carcere, uel deponen in compedibus, uel ad micten in cippis in casibus sibi comissis, tamen sine percussione personali, et punire si coram eo facta fuerit querela, et constiterit de predcis. uolentes tamen, et mandantes quod in casibus supradictis, uel alijs quibuscumque dnus Locum=tenens, uel potestas, nec alius officialis no possint aliqué tormentare, seu tormentari fa=cere aliquo colore quesito sine licentia, uel presentia dnorum Rectoru, de qua licentia, seu presentia debeat manu Notarij reformationu lucide apparere, et si no processerit, et no condemnauerit repertu culpabilem in uigintiquinque libris camere uice qualibet condem=netur ipse locumtenens, uel potestas, et quod presens capitulu no deroget capitulo posito sub rubrica de hominibus non ponendis in carceribus comunis :.

## De pena percutientium aliquem de Gualdo R.ca 26

Item statuimus, quod quicumque percusserit aliqué cu armis, scilicet Spontone, accetta, seu se=curi, spada, seu cultello, mazzaferri, Stocchetto, Jaculo, Clauerina, bastone, aut similibus armis, uel aliquo predictoru à spatulis supra, ex qua percussione sanguis exiuerit soluat uice qualibet, et pro qualibet percussione quinquaginta libras denariorum camere, et faciat quatuor cannas muri miui in operibus comunis omnibus suis

expensis, habita calcina à cōmuni ¶ Si uerò sanguis nō exierit, in medietate dicte pene uice qualibet, et pro qualibet percussione condemnetur. ¶ Si uerò dicta percussio cū dictis armis, uel aliquo ipsorū armorū facta fuerit alicui in spatulis, et à spatulis infra, et sanguis exiuerit, soluat percussor pro qualibet percussione, et qualibet uice uiginti quinqꝫ libras denariorū camere, et faciat duas cānas muri uiui in operibus cōmunis habita calcina à communi ¶ Si uerò sanguis nō exiuerit in medietate dicte pene uice qualibet, et pro qualibet percussione condemnetur ¶ Si uero aliquis in facie cū aliquo genere armorū percusserit aliquē, ex qua percussione sanguis exiuerit, et cicatrix euidens remanserit, talis percussor in ducentis libris denarioꝝ camere, et decem cannis muri uiui facieñ in operibus cōmunis omnibus suis expensis habita calcina à cōmuni uice qualibet condemnetur ¶ Et si ex aliqua percussione alicui facta per aliquē aliquod membrū perderetur, uel efficeretur inutile, soluat camere uice qualibet tricentas libras denarioꝝ et faciat decem cannas muri uiui omnibus suis expensis in operibus cōmunis habita calcina à cōi ¶ Si uero membrū nō efficeretur inutile totaliter, uel non perderetur, sed debilitaretur, soluat talis percussor uice qualibet centū libras denariorū, et faciat quinqꝫ cannas muri uiui omnibus suis expensis in operibus cōmunis habita calcina à cōmuni ¶ Uolentes etiā ꝙ quicūqꝫ percusserit aliquem in facie, ex qua percussione remanserit cicatrix manifesta, uel aliquem percusserit, ex percussione membrum perderetur, uel efficeretur inutile, et in fortiā curie uenerit, et bannū predictum non soluerit infra mensem, et ꝙ cicatrix, uel signū euidens in facie sit perpetuò remansurū, uel ꝙ membrum sit prorsus effectum inutile, uel nō debilitatū, uel non, stetur, et credatur relationi, et dicto Medici, uel Medicorū, quem, uel quos dn̄us locumtenens, uel potestas ad predicta cum iuramento de nouo prestito, et habito ab ipsis Medicis, uel Medico, relationi quorū, uel cuius stetur, et habeatur pro plena, et legitima probatione in predictis, et in casibus similibus, et habeat dc̄us Medicus pro suo salario in consulendo, seu referendo quod in predictis crediderit esse uerum pro qualibet uice, et quolibet casu uiginti solidos ab accusato, uel denunciato, uel inquisito de quolibet predictorum, Et dicta, et relationes per dictos Medicos, uel Medicū habeantur cū iuramento in absentia partiū, et in secretū teneantur:

## De pena percutien aliquem de quo ~~dubitetur de Morte~~ Rca 27

Item Statuimus, et ordinamus, ꝙ si aliquis percusserit quoquo modo aliquẽ, ita ꝙ illa percussione facta diligenti examinatione Medicorum dubitetur, et credatur, seu teneatur de morte, talis percussor, uel talis percussus mortem incurrat, quam declarationẽ facere debeant medici predicti uocati per dnum Locumtenentẽ, uel Potestatẽ, recepto ab eo iuramento, uel aliter prout medicis uidebitur, dnus Locumtenens, uel Potestas, iudex, uel uicarius, talem percussorem capiant, et capi faciant in persona, uel per personam, et in compedibus detineri faciant cũ custodia bona, et sollicita usq; quo dictũ et declaratũ Medicorũ de Gualdo clarum fuerit, et securũ officialibus supradictis, et de uita, et de liberatione percussi predicti, et occasione ipsius percussionis mortis periculum nõ incurrat, et ante, et aliter nullo modo relaxetur nisi ut dictum est, Et si percussor de morte, et omnibus casibus legitime satisdaret, Postq; uero dnus Locumtenens, et alij officiales occasione fuerint securi, accipiant postmodũ ab ipso percutiente idoneos fideiussores, siue cautiones sm iuris ordinẽ, ut melius fieri poterit, et ipse dnus Locumtenens, uel potestas contra huiusmodi delinquentes procedat prout fuerit proceden. Volumus autẽ, ꝙ Medici quotiescuq; fuerint uocati ad declarationẽ predictam habeant intra omnes quadraginta solidos à percussore, seu percussoribus, et ad predicta agi nõ possit per officiales donec fuerit eis de dicto salario integrè satisfactum:·

## De pena rumpentium pacem Rca 28

Item Statuimus, et ordinamus, ꝙ omnes, et singule paces facte, et que in futurũ fierent inter aliquos de Gualdo, uel eius districtu de aliquibus iniurijs, uel offensionibus, ille à partibus seruentur, et firme semper manuteneantur, Nullus quoq; audeat, uel presumat ipsas paces, uel aliquã ipsarum corrumpere, seu ei in aliquo derogare, uel contra pacta, et promissiones inserta, uel insertas, uel etiam in posterũ inseren modo aliquo uenire, Et omnẽ contractũ, et promissionẽ, pactum, et pacta cuiuscuq; conditionis facta tempore dicte pacis, uel eodem die, esto ꝙ de iure non ualeant et teneant, auctoritate presentis Statuti, lege ciuili in aliquo nõ obstan, et obseruanti dictam pacem, Rectores populi teneantur assistere iuxta posse, et non obseruanti contradicere, uel insistere Et qui contrafecerit pacem predictam nõ obseruan, in penis contentis in instrumento pacis inde facto camerę per officiales condemnetur. Si uero de aliqua pace facta, uel facienda, que rumperetur nõ appareret publicũ instrumentũ, si probaretur per testes idoneos tàm de pace q; de pena inter ipsas partes tempore pacis facte cũ dicta pena, que probaretur Camere delin=

delinquens debeat condemnari, et ipsa pena abiecta nõ probaretur corrupta. Si de pace facta consti-
terit, pena, quam deberet de illo maleficio, quod cõmicteretur corrumpendo, camere soluere debeat du
plicatam uice qualibet qui contrafecerit condẽmnetur, quã penã si talis corrumpens soluere nõ po-
terit, in persona, uel rebus considerata qualitate delicti ad uoluntatẽ dñi Locumtenen, uel potesta
tis, uel rectorũ expellatur extra terrã Gualdi, et puniatur, et nullus debeat condemnatũ exbannitũ
siue compulsũ recipere, uel eidem dare auxiliũ, consiliũ, uel fauorẽ, et quilibet eũ ualeat, et possit
capere in fortiam curie, et officialiũ presentare, et ipsũ offendere sine pena; Contra uerò faciens in pres
tando auxiliũ, consiliũ, et fauorẽ, in uiginti quinq libris denariorũ uice qualibet condemnetur
Volumus autem, q pater pro filio in dicto casu delinquentis, et in bonis patris fiat executio, et exac
tio, si pater, uel auus in dicto instrumento fuerit nominatus, et ipsã pacem promiserit obseruare
si uerò filius nõ fuisset obligatus in instrumento pacis facte, pater teneatur ad penã instrumenti
et statutorũ presentiũ, esto q notificatio ipsius pacis facta nõ esset, Itẽ q si potestati, uel Locum
tenenti, et sue curie nõ clareat per instrumentũ publicũ in curia cõmunis Gualdi habitũ per testes
de fractione, et corruptione pacis repertos, uel repertiendos in maleficijs perpetratis in ipsos contra
hentes, uel antecessores eorũ, q dñus locumtenens, uel Potestas, uicarius, siue iudex iniuriam,
uel qui actiones haberet in ipsa pena inter ipsas partes promissa, uel sibi nomine ipsius iniuria
ti mittere, uel mitti facere in tenutã, et possessionẽ bonorũ corruptoris, uel sui patris, et ipsũ in sua
possessione manutenere pro pena inter ipsas partes, suosq antecessores promissa usq ad satisfac
tionem condignam, Et hoc locũ habeat in presentibus, et futuris, Et in hoc capitulo dñus Locum
tenens, uel potestas, iudex, et uicarius habeant licentiã, et liberã potestatẽ omnia, et singula in ipso con-
tenta executioni mandare absq contradictione alicuius capituli, uel persone, dummodo processerint
de uoluntate rectorũ populi, Et si Locumtenens, uel Potestas, et iudex negligentes fuerint in predictis
in centũ libris pro quolibet, et qualibet uice condemnentur :·

Correctio Rmi Dñi Cardinalis de Monte

Sub rubrica de pena rumpentiũ pacem statuitur q pater teneatur pro filio frangente pacẽ etiã ad penã
conuentionalem. Placeat declarare ut statutũ procedat in causis, in quibus pater tenetur soluere

legitimā pro delicto filij. Placet q̄ pater teneatur indifferenter usq̄ ad quantitatē legitime.

De pena faciē insultum cō aliquem R^ca 29

Item statuimus, et ordinamus, q̄ quicūq̄ fecerit insultū contra aliquē, uel aliquā personā sine armis soluat camere uice qualibet decem libras, si uerò cū armis, duplum soluere teneatur. Si fecerit insultum ad domū, in qua persona insultata habitauerit, duplum in quolibet casu soluere compellatur. Si fuerit uicinus domum habens iuxta domū insultati condemnetᵉ solū sine armis in decem libris si cū armis in uiginti libris uice qualibet condemnetur, et locū habeat si insultans nō intrauerit domū uicini insultati, uel in qua habitaret intrauerit, in quolibet dictorū casuū in quadruplo condemnetur eius quo condemnari deberet ex forma ᵃtˢ statuti, dummodo nulla persona possit condemnari de insultu, et percussione factis in uno, et eodem contextu.

De pena aggressorum stratarum R^ca 30

Item statuimus, q̄ quicūq̄ aggressus fuerit in strata, uia, uel alio aliquo loco, et modo in terra Gualdi, uel eius districtu, aliquem, uel aliquos derobando soluat camere uice qualibet uiginti quinq̄ libras denariorū, et faciat decem cānas muri uiui in operibus cōmunis omnibus suis expensis habita calcina à cōmuni, et res ablatas, siue extimationem ipsarū cui, uel quibus acceperit restituere teneatur. Quā penam si talis aggressor, uel derobator soluere nō poterit, aliter puniatur in rebus, considerata delicti qualitate per dnūm Locumtenentē, uel Potestatē, et Rectores populi, uel maiorem partem ipsorū, et eorū arbitrio stetur. Et hoc si capi poterit; si uerò capi nō poterit exbanniatur de Gualdo, et eius districtu, et sic remaneat perpetuo exbannitus, et predicta locū habeant in presentibus et futuris, Et insuper uolentes, q̄ publici, et famosi stratarū derobatores per gulam laqueo suspendantur.

De pena cōmittē furtum R^ca 31

Item statuimus, et ordinamus, q̄ quicūq̄ cōmiserit aliquod furtum de aliquo ualore in quinq̄ solidis, uel illius furti particeps fuerit ullo modo, à quinq̄ solidis infra soluat uice qualibet Camere centū solidos, et faciat unam cannam muri uiui in operibus cōmunis omnibus suis expensis habita à

communi calcina, et restitutioné verũ furti ¶ A decem solidis uerò supra usq in uiginti soluat camere uice qualibet decem libras, et faciat duas cãnas muri uiui in operibus communis omnibus suis expensis habita calcina à communi, et restitutioné verũ furtiuarum. Si uerò furtũ cõmissum fuerit à uiginti solidis supra usq in decem libras, uel eius particeps fuerit, soluat Camere uiginti quinq libras uice qualibet, et faciat duas cãnas muri uiui in operibus cõmunis omnibus suis expensis habita calcina à cõi, et restitutioné verũ furtiuarũ. Si uerò à decem libris supra usq in quinquaginta libras aliquis furtũ cõmiserit soluat uice qualibet camere centũ libras denariorũ, et faciat quatuor cannas muri uiui in operibus cõmunis omnibus suis expensis habita calcina à communi, et etiam fustigetur per totã terrã Gualdi, si pluries furtũ fecerit, aliter nõ, et restitutionem rerum furtiuarum ¶ Si uerò furtũ aliquis cõmiserit, seu fecerit de aliqua re ualoris quinquaginta librarũ, uel supra, aut particeps fuerit furti laqueo suspendatur, et in emendationem rerũ furtiuarũ, publici uerò, et famosi latrones per gulã furcas laqueo suspendantur, Volentes etiã q condemnati de furto nõ possint habere aliquod officiũ, seu beneficiũ lucrosũ in cõmuni, nec audiant in ciuilibus, et criminalibus, et causis dc̃i cõmunis per dnũm locumtenenté, uel potatẽ, et aliũ officialem

## De pena incipientiũ rixas R.ca. 32

Item statuimus, et ordinamus, q si aliquis fuerit inceptor alicuius rixe, aut occasione percussio, seu percussiones alique orirentur, talis inceptor pro ipsa inceptione in centũ solidis camere, et dimidia canna muri uiui faciendi in operibus cõis omnibus suis expensis habita calcina à cõmuni uice qualibet condemnetur; Et nihilominus ipse inceptor, et alij qui cõmiserint maleficia, iniurias, uel offensas modo debito condemnentur:

## De pena cõmittẽn homicidium R.ca. 33

Item statuimus, et ordinamus, q si aliquis forensis homicidiũ de gualdensibus cõmiserit, uel committeret in terra Gualdi, uel alibi in fortiam curie Gualdi, et officialiũ aliquo tempore uenerit, sequenti in amputatione capitis puniatur, ita q penitus moriatur, et omnia bona sua, que reperirentur in Gualdo, uel eius districtu camerę perpetuò applicentur, Et idem dicimus de Gual=

densibus, qui cōmicterent in personā, uel contra personā alicuius Gualdensis, et de dicta terra Gualdi. Si uerò aliquis Gualdensis tm̄ homicidiū nō precio cōmiserit de quocūq forense de quo nō sit punitus, seu per sententiā absolutus in mille libris dc̄e camere soluendis, et in uigintiquinq cannis muri uiui faciendi in operibus cōmunis omnibus suis expensis habita calcina à cōmuni uice qualibet condemnetur. Et in hoc locum nō habeat beneficiū solutionis infra termi= num, nec aliquod aliud beneficiū cōcessū ex forma statutorū; Et nihilominus si soluerit dictam penam, extra terrā Gualdi, et eius districtum per unū annū maneat exbannitus, et si capi poterit et ipsam condemnationē soluere nō poterit capite puniatur, ita q̄ penitus moriatur, Et si capi nō poterit in dictis denarijs, et muro exbanniatur perpetuò usq ad solutionē condignā, et omnia sua bona destruantur excepta domo si esset in terra Gualdi, que pro camera penitus conseruetur, Et q̄ camerarius camere possit, et debeat ad pensionem locare, et concedere pro camera prout fu= erit condecens, et aliquis nō audeat dc̄a bona homicide laborare, cultiuare, colere, et manute= nere, Siquis contrafecerit in uiginti quinq libris denariorū uice qualibet condemnetur, et sit licitū cuilibet accusare, et dimidiā pene habeat accusator, et teneatur dn̄us locumtenens, uel Potestas, et sui officiales de predictis inquirere, Et si negligentes fuerint in decem libris pro quo libet, et uice qualibet condemnetur tempore sindicatus per assessorem cōmunis, qui delinquentes si in aliquo tempore in forciā officialiū, et curie peruenerint post dictū exbannimentū, et nō satisfe= cerint camere integre de predictis, capite puniantur, ita q̄ penitus moriantur, Volentes, et decer= nentes q̄ quicūq talem homicidā, et exbannitū anteq soluerit condemnationē, et nō esset de hu= iusmodi exbannimento rebanditus, ceperit, uel eū quoquo modo offenderit in persona, uel rebus, ad penam, seu bannū aliquod uolumus nō teneri, imo concedimus licentiā, atq damus ex nunc prout ex tunc offendendi eumdē exbannitū in persona, uel rebus, sine pena. Si uerò Gualdensis commiserit aliquod aliud maleficiū, q̄ homicidium contra forensem, puniatur in medietate dicte pene, qua condemnari deberet gualdensis si offenderet, et plus, et minus arbitrio dn̄oꝝ recto= rum artium, considerata qualitate persone offendentis, persone offense, et delicti: .

## De pena exterminan terram, et quomodo terminetur R^ca 34

tem statuimus, q̄ quicumq exterminauerit, seu exterminari fecerit, uel traxerit, seu trahi fecerit

terminũ, seu terminos aliquos, qui essent in possessione, uel confine uicinorũ, seu uicinantiarũ uel terminos de terra, seu possessione alicuius, soluat camere uice qualibet uigintiquinq; libras denariorum, et faciat unam cannã muri uiui in operibus communis omnibus suis expensis habita calcina à communi, de qua pena dimidiam habeat accusator. Et si occasione talis exterminationis aliquid apprehenderit, illi, cuius fuerit vestituere teneatur. Et nihilominus terram, siue terminũ inde extractum remictat. Et si aliqui consortes elegerint arbitros aliquos, uel amicos cõmunes ad terminan, siue diffinien inter ipsos possessiones ipsorũ, et inceperint ipsi, uel aliquis ipsorũ terminũ, seu terminos aliquos immittere, q ipsi arbitri possint, et quilibet ipsorũ possit libere ipsos terminos extrahere sine pena donec fuerint inter se concordati. Et si aliquis uiã aliquã exterminauerit, à quolibet possit, et debeat exterminator accusari, cuius pene medietatẽ habeat accusator. Et si talis exterminator puniri non poterit de iure per curiã communis Gualdi in consilio generali ad bussulas unus sindicus eligatur pro cõmune ad accusan corãm Judice competẽte, Et si ex tali, et dicta exterminatione pax facta fuerit inter partes infra quindecim dies à die facte accuse sm formam statutorũ, super accusa predicta soluat medietatẽ pene si fuerit producta ante sententiã, de qua requirat publicũ instrumentũ, et hoc locũ habeat in preteritis, presentibus, et futuris, et q etiam nullus debeat se appropinquare usq; ad mediũ pedẽ canne pena decẽ librarũ denariorũ.

## De pena extrahentis aliquem de sua possẽ. Rca ne 35

Item statuimus, q si aliquis extraxerit aliquẽ de sua possessione tenutã aliquã intrando alicuius rei mobilis, uel stabilis ingrediendo, uel turbando, uel molestauerit possessionem alicuius rei, soluat camere uice qualibet centũ solidos, et restituat omnes expensas factas in dicta causa, et emendet damnũ similiter patienti, et cogatur à dca turbatione cessare, turbator teneatur ipsã possessionem, et fructus inde perceptos integre cũ effectu ad dictã penã, Et nihilominus soluere teneat ipsã, cuius pene dimidiam habeat accusator. Preterea si aliquis detineret terrã, uel partem ad aliquẽ pertinentẽ per fraudem, uel malitiã, uel dolum, uel claruerit legitimũ iudicium et fama publica, possit ipse dnus locumtenens, uel Potestas super ipsis procedere contra

detentorem, et ipsū ex suo officio cogere ad restitutionē ipsius uero domino, et eum nihil-ominus in centum solidis condemnet, cuius pene dimidiam habeat accusator. Verùm si aliquis habuerit tenutam mandato dn̄i Locumtenentis, uel potestatis, uel Judicis de aliqua re contra aliquem, uel pro aliquo debito, uel ex re aliqua aliquo titulo partem habuerit in dc̄a re, ipsam rem laborare, et colere possit, et eam tenere, et possidere pro parte sua et uti siquid habet in ipsa commode sine pena, dummodo hoc claruerit dn̄o Locumtenenti, uel potestati per idoneos testes, uel per publicū instrumentū. Sit autem ius alterius semper saluum, et predicta locū habeant in preteritis, presentibus, et futuris. Si autē accusatus ante sententiā renunciare uoluerit possessionē, et dicere se nolle possessionē contendere, condem-nari nō posse de turbatione, sed de damno dato, et expensis, et indemnitate accusatoris, et si aliquis non subiectus cōmuni Gualdi, et eius curie, et qui nō obedierit, siue obediat ipsi curie in ciuilibus, et criminalibus causis sua auctoritate, et sine cognitione cause, et sine licentia habita, uel obtenta à dn̄o Locumtenente, uel potestate, iudice, uel uicario cōmunis Gualdi intrauerit, uel apprehenderit possessionē alicuius petie terre, uel alicuius rei, illā, quam apprehenderit nulla persona de Gualdo, uel eius districtu, uel etiā aliunde audeat, uel presumat laborare, uel colere pro ipso, et qui contrafecerit in decem libris uice qualibet condemnetur, et faciat mediam cannam muri uiui in operibus cōmunis omnibus suis expensis habita calcina à cōmuni:.

## De pena facientium iniuriam Parentibus R. 36

Item statuimus, et ordinamus, q̄ nulla persona audeat, uel presumat aliquo modo aliquā iniuri-am, uel offensā facere patri, uel matri, auo, patruo, uel auie, sed potius eorū iustis, et ho-nestis mandatis, et utilitatibus possibilibus obtemperare iuxta posse, contra uerò faciens pro iniuria, et offensa predc̄a uice qualibet condemnetur ad uoluntatē illius, cui iniu-ria facta fuerit, uel offensa predicta; et de predictis iniurijs credatur illis personis, que dixerint se esse iniuriatas, et etiā de iniuria:.

## Correctio Rm̄ de monte

Item quia offendens parentes ex forma statuti arbitrio parentū punitur, placeat declarare

ut parentes minorē penam arbitrari nō possint, q̃ʒ si extraneus fuisset offensus, ita ut arbitrium detur augendo penam, et non minuendo: Placet:

## De Pena Sodomite Rᵘᶜᵃ 37

Item statuimus, quòd quicumqʒ de Gualdo, uel eius districtu, uel etiā aliunde repertus fuerit sodomita, in platea uel ... ubi magis uidebitur condecens dn̄o Locumtenenti, uel Potestatj igne comburatur, ita q̄ penitus moriatur, et si capi nō poterit, omnia sua bona camere penitus publicentur in perpetuum, et de Gualdo, et eius districtu perpetuò remaneat exbannitus, Et si in fortiam officialium, et curie cōmunis Gualdi peruenerit, de quo per publicā famā constet, et clareat potestati, possit ipse Potestas ipsū infamatū ponere ad torturā; Nullus quoqʒ audeat, uel presumat pro ipso malefitio exbannitū receptare, nec eidē auxilium, consiliū, et fauorem publicè, uel occultè prestare, contra uerò faciens in uiginti quinqʒ libris uice qualibet condemnetur. Et si aliquis scienter receptauerit aliquē committentē huiusmodi, uel ut cōmitteretur fuerit actor, uel autor, pena incendij ignis simul puniantur, et dn̄us Locumtenens, uel potestas si in predictis contra predictos fuerit negligens, in libris centum condemnetur tempore sindicatus per Assessorem communis Terre Gualdi: etc.

## De pena corrūpentiū Moniales Rᵘᶜᵃ 38

Item statuimus, q̄ quecumqʒ persona uellet corrumpere aliquā Monialem religiosā, et ad eam quoquomodo attemptauerit uiolare, uel etiā aliquam ex Monialibus modo aliquo de suo monasterio extraxerit, uel extrahere attemptauerit, capite puniatur, ita q̄ omnino moriatur; et si capi non poterit, de Gualdo, et eius districtu remaneat, et sit perpetuò exbannitus, et omnia bona sua camere publicentur

## De adulterio, Stupro, Incestu, fornicatione, et raptu Virginis Rᵘᶜᵃ 39

Statuimus pro adulterio concorditer cōmisso adulterū pena decem librarū ad querelam

mariti, aui, patris, patrui, matris, auie, auunculi, et omniũ consanguineorũ, uel affinium usq; in tertiam generationẽ, et gradũ dumtaxat condemnari debere, et Uxor dotem amittat, et maritus eam expellere à se, et domo sua possit. Si autem citra uoluntatẽ per metũ, uim, uel aliquam seductionem, uir adulter capitis amputatione puniatur, et bona omnia confiscentur; Mulier aũt in Monasterio, uel loco tuto perpetuò detineatur. Stupratores uirginũ, uel qui temptauerint stuprare, et ad actum exteriorem deuenerint, si compleuerunt intentũ, uel non, ultra penã iuris canonici, pena amputationis capitis puniantur, et uirgo illa semper presumatur, que corrupta non appareat, et semper à uiro seducta presumatur, et dotetur, aut ducatur in uxorẽ omnino quo casu pena amputationis capitis remittatur, et libris centũ camere aplice puniatur, et duabus cannis muri uiui. Committentes incestũ pena amputationis capitis puniatur usq; in tercium gradum consanguinitatis, uel affinitatis, si communi consensu crimen sit commissum. Si autem dolo uiri, solus uir capite puniatur, muliere in monasterio detrusa, aut tuto loco perpetuò sequestrata. Fornicatores pena quinquaginta librarũ puniantur, Raptores uirginũ capitis amputatione puniantur, et bona omnia confiscentur.

## Correctio R^mi de monte

Sub rubrica de adulterio statuitur, stuprans, uel stuprare attemptans uirginẽ, capitis amputatione puniatur, quod in uitio ad quod homines sunt natura procliues nimis durũ est, Placeat statuere, ut uirginem attemptans in quinquaginta quinq; libris si ignobilem, si uerò probate extimationis in centũ libris uice qualibet attemptans puniatur, in quo pacis beneficiũ in nihilo releuet; Stuprãs autem in centũ quinquaginta libris si uoluntarie, et stuprate dotem congruã dare teneatur si in uxorem nõ acceperit; Si per uim, bonis omnibus confiscatis capite puniatur, nisi consentientibus consanguineis stupratam acceperit in uxorem. Placet.

## Additio eiusdẽ R^mi Dñi

Item quoniam in uolumine statutorũ terre predicte duo adinuicẽ contraria statuta reperirentur, quorum altero cauetur in adulterijs, stupris, incestu, et similibus nõ admicti accusator, nisi sit tertio consanguinitatis, uel affinitatis gradu coniunctus; Altero uerò in predictis ex inquisitione

posse procedi, Et quoniã primũ statutũ magis equũ, et consonũ iuri esse uidetur, ne aliorũ malitia, seu odio familia, uel persona aliqua infametur, et uituperio afficiatur, placeat secundũ statutũ abrogare, et quod in predictis aliquo modo procedi nõ possit, nisi interueniente accusatore aliquo de coniunctis in d(i)c(t)o tertio gradu, uel personis alijs in dicto statuto nominatis. Placet nisi res esset, que sine scandalo tollerari non ualeret:

## De pena facientis falsũ instrumentũ R(ubri)ca 40

Item statuimus, et ordinamus, q(uod) quicũq(ue) fecerit falsũ instrumentũ, uel fieri fecerit, si quantitas fuerit centum librarũ, uel ualoris ipsarum, uel infra, soluat camere ducentas quinquaginta libras, si uerò fuerit à centũ libris supra, soluat uice qualibet quingentas libras, et emendet damnũ, quod aliqua persona d(i)c(t)a de causa sustinuerit, et pingantur in domo populi contrafacientes, et fieri facientes; Et si penã predictam soluere nõ poterint, eis, et cuilibet ipsorũ manus dextra à brachio totaliter amputetur:

## De Armis. R(ubri)ca 41

Contra portantes arma procedatur per inquisitionẽ, inuentionẽ, accusam, uel denunciam de facto sine processu, et sententia, sola facti ueritate inspecta, et reperti in facto torqueantur duobus ictibus funis, et quatuor auri ducatos soluant. Alij non reperti in facto pena triũ ducatorũ auri, et uno ictu funis puniantur. Arma uerò prohibita sint omnia arma offensibilia, et defensibilia, et gladij supra unũ submissũ, et secures, fustes, lapides, palle plumbee, et omnia alia arma arbitrio iudicantis declaranda, qui ob causam etiã gladioli portationem uetare possit; Et arma portare nõ possint intra Terrã, uel extra terrã Gualdi, uel de die, uel de nocte per ciues, uel forenses, quos forenses puniri uolumus, si aduisati per hospitem, uel amicos fuerint, ne arma portarent, uel dolosam morã per terrã, uel castra, aut uillas fecerint, aut ad Ecc(lesi)as iuerint. Et si hospites, aut amici dictorũ forensiũ cũ quibus locuti fuerint, uel sese receperint nõ aduisauerint forenses, eadem pena puniantur, ac si ipsi arma detulissent, quorũ armorũ una quarta sit accusatoris, alia executoris, et alie du

sint camere aplice communis Gualdi, et non possit fieri gratia:

## Correctio R^mi Dni de monte

Sub rubrica de armis statuitur, ut etiã non inuenti cũ armis propter delationẽ armorum in tribus aureis, et uno ictu funis puniantur. Placeat statutũ declarare, ut procedat quando quis fuisset à iudice monitus, ut ab armorũ delatione desisteret. Placet:

Sub rubrica predcã statuitur sub pena quatuor aureorũ, et duorũ ictuum funis etiam per territorium ne arma portentur tam per terrigenas, qƺ per forenses, Placeat quo ad hoc statuto predicto derogare. Placet quo ad delationem armorum simpliciũ, que portantur pro custodia et ad arcendum canes, in alijs stet statutum supradictum:

## De pena dantis alicui facciatã, uel reproperantis R^ca 42.

Item statuimus, et ordinamus, quòd quicũqƺ dixerit alicui facciatam de homicidio, dicendo eidem q̃, aliquis eius consanguineus, uel coniunctus usqƺ in tertium gradum fuerit occisus, uel q̃ ipse aliquẽ occidisset, uel nominando aliquẽ coniunctum illi cũ quo loqueretur usqƺ in tertiũ gradum, dicendo talis tuus consanguineus, uel coniunctus occidit talem, uel dicendo non fuit occisus pater meus, uel mater mea, uel frater meus, uel socera mea, uel patruus meus, uel auunculus, nepos, uel neptis, uel cognatus, uel dicendo non fui ego, qui occisi talem, nominando aliquem occisum coniunctum cum loqueñ in predictis gradibus specificando nomina, uel dummodo nominet gradum parentele, occisi, uel similia uerba dicendo per directum, uel obliquum, Vel si aliquis reproperauerit alicui dicendo tu iaces, uel iacuisti cum uxore talis, uel cum filia, uel cum sorore, uel non sum ego, qui iacui cũ uxore tua, filia, uel nuru, uel tu percussisti talem, uel tu uulneratus fuisti à tali, uel dicendo nõ percussi ego te, si talis percussio fuerit cum sanguine, uel similia uerba equipollentia dixerit specificando nomina offendentium, uel offensorꝝ directe, uel per obliquũ, soluat camere aplice uice qualibet uiginti quinqƺ libras, et faciat tres cannas muri uiui in operibus communis omnibus suis expensis habita calcina a communi:

cuius pene medietas sit camere, alia medietas sit accusatoris, et plus, et minus ad uoluntatem dnorum Rectorũ, considerata qualitate delicti, et persone, et nullus audeat, uel presumat reimproperare, uel infacciare aliquã penam, seu offensã sibi illatam, et factã per officiales, et curiã comunis Gualdi, et siquis contrafecerit in predictis, uel aliquo predictorũ soluat uice qualibet camere decẽ libras et faciat duas cannas muri uiui in operibus cois omnibus suis expensis habita calcinã cõi

## De pena dicentis alicui uerba iniuriosa R.ca 43

Item statuimus, et ordinamus, q si aliquis dixerit alicui uerba iniuriosa, que ad iniuriam reuocentur. si meretrix, captiua, puttana, uel alias similia uerba, soluat camere uice qualibet uiginti solidos si uerò dixerit alicui mendico, puzzolente, tu menti, tu me ingannasti, tu nõ dici il uero, tu sei una bestia, uel similia uerba equipollentia, soluat camere uice qualibet, et pro quolibet dictorũ uerborũ ad iniuriam reuocatorũ uiginti solidos denariorũ; Si uerò aliquis alicui proditor, recredente, uaglioso non aliter specifican, falsario, siue latro, uel similia uerba equipollentia, soluat uice qualibet, et pro quolibet uerbo iniurioso camere centũ solidos denariorũ, et faciat mediam cannam muri uiui in operibus cõmunis omnibus suis expensis habita calcina à cõmuni. Et si dicta uerba, uel aliquod fuerint repetita, quotiens repetita fuerint, totiens condemnetur in dicta pena, et si hec uerba, uel aliquod predictorum dicta fuerint ab aliqua uel uilis conditionis alicui nobili, et bone conditionis, soluat camere uice qualibet centum libras, et faciat dictũ murum et si penam predictam soluere nõ poterit, et non soluerit, fustigetur uirgis per terram Gualdi sm delicti qualitatem. Si uerò aliquis dixerit apostata retornato, aut exititio et his similia, uel habentium ipsorum alicui consanguineo, uel affini ipsius apostate, uel retornato uel exititio usq in tertiũ gradum, soluat camere uice qualibet centum solidos; Et si predicta, uel aliquod predictorũ uerborum dicta fuerint coràm dño Locumtenente, uel potestate, iudice, uel uicario, seu maleficiorũ Notario, aut alio officiale cõmunis, aut in palatio cõmunis pena duplicetur huiusmodi delinquentibus, et si plura uerba iniuriosa ex dictis quis dixerit aliquibus uno contextu continuando ea sine temporis interuallo, pro uno uerbo iniurioso solũmodo puniatur:

## De pena mulieris male conditionis dicentis alicui uerba iniuriosa R^ca 44

Item statuimus, et ordinamus, q si qua Mulier male conditionis, et fame uerba iniuriosa, uel que possint ad iniuriam reuocari alicui bone conditionis, et fame dixerit, in centum solidos pro quolibet uerbo iniurioso uice qualibet condemnetur, et si caperetur, et dictam penā soluere non poterit seu non soluerit in termino sibi dato, uel dando, per totam terrā Gualdi nuda debeat fustigari uirgis, et si capi non poterit exbanniatur à terra Gualdi, et eius districtu ipsa mulier male conditionis, et fame, et q sit puttana male conditionis, et fame, probari possit per duos testes, qui dixerint de publica uoce, et fama, dictis quorū credatur, dummodo dĩi testes sint bone conditionis et fame. Mulier bone conditionis tali mulieri, et uilis conditionis si dixerit uerba iniuriosa, uel aliquid fecerit tempore supradcō, ad penam aliquā uolumus nō teneri, dummodo in talibus facień modum condecentem non excedat:·

## De pena contrahentis matrimoniū cōn uoluntatē Consanguineoꝝ R^ca 45

Item statuimus, et ordinamus, q nemo audeat, uel presumat matrimoniū aliquod per uerba de presenti cum aliquo contrahere, nec promissiones matrimonij cū aliquo, uel aliqua facere, sine pñtia, uoluntate, et consensu trium ad minus ex proximioribus consanguineis utriusqꝫ partis, et nemo audeat, uel presumat subtractiones, et deceptiones aliquas huiusmodi matrimonij cōmittere subtrahendo, uel aliquod contrarium operando in seductione alicuius partis, et nullus Notarius audeat, uel presumat promissiones huiusmodi matrimonij contrahendi per uerba de pñti, uel placimentū, uel alia uerba scribere, uel rogare, uel in testem, uel pro teste personaliter existere nisi hec omnia, et singula facta fuerint palàm in presentia, et uoluntate consanguineorū predictorū, contra uerò faciens in quinquaginta florenis uice qualibet condemnetur, et faciat quatuor cannas muri uiui omnibus suis expensis in operibus communis habita calcina à communi, et hoc capitulum publice banniatur:·

## De pena receptantium Exbannitos. R^ca. 46

Item statuimus, et ordinamus, q nullus de Gualdo, uel eius districtu audeat, uel presumat, seu attemptet quoquomodo, seu alio aliquo colore quesito receptare, seu eis prebere auxiliū,

consilium, uel fauorē alicui, seu aliquibus condemnatis, seu exbannitis Terre Gualdi, seu eius districtus, contrauerò faciens de exbannitis, et condemnatis de aliquo maleficio, q̄ deberent perdēr per in centū libris uice qualibet condemnetur, dúmodo hoc capitulū nō uendicet sibi locū, nec intelligatur de receptantibus exbannitos, et condemnatos occasione proditionis d.c̄e terre, nec dantibus, et prebentibus eis auxiliū, consiliū, et fauorē, imo contra facientes, et receptantes d.c̄os exbannitos pro proditione predc̄a subiaceat penis, in quibus iacent, et sunt exbanniti, et condemnati predicti. De alijs uerò exbannitis, et condemnatis occasione alterius maleficij receptantes, et prebentes eis auxiliū, consilium, uel fauorem, in uiginti quinq; libris denariorū uice qualibet condemnetur. Et hoc capitulum sit precisū, quod tolli non possit, seu suspendi uel alio quoquo modo, seu forma derogari, nisi per adunantiā generalem, et q̄ Locumtenens, uel potestas in principio sui regiminis banniri faciat capitulum predictū, ut omnibus innotescat, et inquirere teneatur mense quolibet durante suo officio, contrafacien̄ in premissis seu aliquo premissorū pena centum librarū denariorū, in quibus condemnetur tempore sindicatus per Assessorem cōmunis Gualdi si negligens fuerit, et q̄ liceat unicuiq; accusare et dimidiam pene habeat accusator, et credatur accusatori cū uno teste fidedigno. Et dicti exbanniti, et condemnati possint offendi in personis, et rebus à quolibet sine pena, et banno, et q̄ talis offendens non possit molestari per officiales, et curiam d.c̄i communis occasione predicta, sed potius per sindicū cōis Gualdi debeat defensari, et conseruari omni tempore sine damno Et dn̄us locumtenens, uel potestas, qui pro tempore fuerit teneatur, et debeat capi facere, et detineri omnes, et singulos exbannitos, et condemnatos cōis Gualdi, et habeat de quolibet exbannito si duxerit in fortiā cōmunis duos solidos pro libra dicti condemnati in pena pecuniaria, Et hoc intelligatur de condemnatis contumaciter à uigintiquinq; libris supra quos capi fecerit, et condemnati soluerint, et si deberent amittere personas pro ipsa captione, nihilominus habeat duos solidos denariorū pro libra de pena pecuniaria; Volentes etiā, q̄ quicunq; miserit aliquē exban-

nitum dicti cōmunis in fortiam curie, et officialiū cōmunis Gualdi, qui sit exbannitus in eo casu in pena personali, siue pecuniaria, ille, qui miserit talem exbānitum, et condemnatū in fortiam curie, et officialiū habeat, et habere debeat de pena exbanniti predcī quinguaginta libras denariorū, et hoc locū non habeat nisi in exbannitis, et debentibus perdere personas. Si aliquis cōbureret aliquā domū, siue palearium, in qua combureret aliquā personā, et ductus fuerit in fortiam officialium, et curie predicte, habeat talis ducens, seu ducentes de habere camere ducentas libras denariorū; Et si fuerit exbannitus rebanniatur in quocūq; casu esset exbannitus, saluo pro incendio, in quo casu non rebanniatur, et si tales incendiarij in fortiā officialiū et curie cōmunis Gualdi peruenerint, comuburantur ita q moriantur. Addentes huic capitulo q quicūq; duxerit aliquem exbānitum, et miserit in fortiā curie predcē, si ipse fuerit exbannitus pro proditione, et tradimento terre Gualdi nō rebanniatur : .

## De pena corrumpentiū officiales — Rca 47

Item Statuimus, et ordinamus, q quicūq; officialem aliquē terre Gualdi ausus fuerit, uel attemptauerit corrumpere, uel corrumpet soluat camere uice qualibet uiginti quinq; libras denariorū, et faciat duas cannas muri uiui in operibus cōmunis omnibus suis expensis habita calcina à communi considerata qualitate delicti, Officiales autē, qui presumentur corrupti simili pena puniantur, et de officio in quo erunt remoueantur. Et si talis corruptor statim ipsam corruptionē in qua fuerit manifestauerit dn̄o Locumtenenti, uel potestati, seu rectoribus populi, ad penam aliquam non teneatur occasione dcē corruptionis, et id quod receperit dcūs corruptus integre restituat cū effectu De lenonibus, et mediatoribus huiusmodi corruptionis dicimus illud idem condemnetur in simili pena, exbanniantur q; de terra Gualdi, et eius districtu, et hoc locū habeat in preteritis, presentibus, et futuris. Et si tempore sindicatus corruptor potestatis, iudicis, uel Notarij maleficiorū ipsā manifestauerit assessori cōis, et sindico, ad penam ipse corruptor nullatenus teneatur, de quibus omnibus, et singulis assessor communis qui fuerit ad sindicañ officiales terre Gualdi, debeat contra omnes, et singulos delinquentes procedere, et repertos culpabiles punire in pena superius statuta

et declarata, quod quidem delicti probari possit per publicā uocem, et famā, et publica uox, et fama habeatur pro legitima probatione in predictis si fama fuerit per rectores populi approbata, et liceat cuilibet accusare publice, et priuate, et accusator habeat dimidiam banni, siue pene:

## De pena perhibentis falsū testimoniū R.ca 48

Item statuimus, et ordinamus, q quicūq falsum testimoniū protulerit, seu perhibuerit contra aliquē seu aliquos, uel operā, consilium, et fauorem dederit perhibenti super aliquibus casibus tam ciuilibus, q criminalibus, soluat camere uice qualibet uiginti quinq libras, et faciat duas cānas muri uiui in operibus communis omnibus suis expensis, habita calcina à cōmuni; de qua pena medietas sit illius, contra quem factum fuit testimoniū predictū, et eidem emendet omne damnū, expensas et interesse, quod, uel quas sustinuerit occasione falsi testimonij facti contra eum, et si dictam penā soluere nō poterit, sibi lingua totaliter amputetur, ita q de cetero nō loquatur; Et si capi non poterit, de Gualdo, et eius districtu perpetuò remaneat exbannitus, donec ipsā condemnationē soluerit cum effectu, Et hec omnia, et singula dicimus et firmamus contra talem, testimoniū falsū producentem, et illum, qui tales testes produxerit falsos, simili pene uolumus subiacere:

## De pena ludentiū ad ludū taxillorū R. 49

Item statuimus, et ordinamus, q nullus audeat, uel presumat ludere ad ludum taxillorū aliquos denarios, uel res aliquas in terra Gualdi, uel eius districtu, contrafaciens in decē libris denariorum uice qualibet condemnetur, et ad similem penā teneatur omnis, qui tenuerit cū ludentibus ad dictum ludum, et qui ludentes receptauerit in domo propria, uel conducta, et qui ad ipsū ludum prestauerit, uel accōmodauerit quoquomodo. Et idem dicimus de ludentibus ad ludū carcariū; Volumus autē in locis publicis ad ludum tabularū, triunforū, ronfe, scaccorū, cricche minoris, pile, et aliorū ludorum, in quibus uersatur exercitium, et industria libere sine pena, nō tn̄ prope tabernas per duos domos, uel alijs locis absconditis, uel priuatis, in quibus non concedimus licentiā, sed negamus ludere possit, et ualeat.

## De pena proijcientis Niuem R^ca. 50

Item statuimus, et ordinamus, q nullus proijciat niuem in placea comunis, per stratas publicas, nec proijcere faciat, nec aliquos inducat ad proijciendū. Si uerò quis contra fecerit in uiginti solidis uice qualibet condemnetur, cuius pene medietas sit camere aplice, et alia medietas sit accusatoris, et liceat cuilibet accusare:·

## De pena ludentium ad balistam R^ca. 51

Item statuimus, et ordinamus, q nullus audeat, uel presumat quoquo modo ad ludum baliste à porta sancti facundini à carceribus infra, et ab alijs portis à flumine infra uersus terrā Gualdi proijciendo uel sagittando quarellos, pulzones, uel uerectas, nec etiā audeat aliquis cū palluctera, uel balista balistare, uel palluctas proijcere ad aliquā Ecclesiam, siue domū terre Gualdi, uel eius districtus ad columbos; Et in predictis teneatur pater pro filio, et filij pro patre; Si uerò quis contrafecerit, soluat camere uice qualibet centū solidos, et cuilibet sit licitum accusare, et habeat dimidiam pene accusator, et dnūs locumtenens, uel Potestas de predictis teneatur inquirere, et repertos culpabiles punire.

## De pena proijcientis turpitudinē ante Ecc.^as R^ca. 52

Item statuimus, et ordinamus, q nullus audeat, uel presumat in aliqua Ecc.^a uel domo scē Marie de cōmendatis, uel ante Ecclesias alias, et domos, uel incircuitu Ecclesiarū ipsarum uel domorū, uel Ecc.^e aliquid mittere, et suspendere, uel apprehendere, seu appodiare, nec in ipsa domo, uel Ecclesia ludere, nec pueri per tres domos cum baculis, uel lapidibus rumorem facere, contra uerò faciens in predictis, uel aliquo predictorū in uiginti solidis uice qualibet condemnetur, et liceat cuilibet accusare, et banni medietatem habeat accusator, et in predictis, et quolibet predictorū pater pro filio teneatur ad dictam penā soluen. et Locumtenens, uel Potestas de predictis inquirere teneatur:·

## De pena transeuntis ante domū interfecti R^ca. 53

Item statuimus, quòd quicūq commiserit aliquod homicidiū, et post perpetratū homicidiū homicida fuerit rebanditus, ante domū mortui, seu interfecti, que erat tempore interfectionis

siue ante domum patris, fratris, et consanguineorũ, et coniunctorũ usq; in tertiũ gradũ equaliter non debeat pertransire. Et si dcũs homicida contra fecerit, in uiginti quinq; libris uice qualibet condemnetur, et liceat cuilibet accusare; et si aliqua ipsarũ domorũ fuerit in contrata, seu parte in qua habitet ipse homicida, pro illa domo, que olim fuit in dca contrata ad dcãm penã nõ teneatur.

## De pena mittentis ignem in montibus Rca. 54

Item statuimus, et ordinamus, qđ nullus audeat, uel presumat mittere ignẽ in montibus cõmunis Gualdi infra has senatas, uidelicet à castellare cursie usq; ad uallem gurgiti, nec in ipsa ualle uersus Gualdum, et à dcis siluis usq; ad quod trahit ad stipitem morelli; et exit ad uallem collech, et mergit ad cauam de categgio, ultra quantũ durant confines Gualdi, neq; de terris, uel siluis cõmunis rancare presumatur in dcãs senatas; contra uerò faciens in quolibet capitulo predictorum soluat camere uice qualibet decem libras, et faciat unam cannã muri uiui in operibus cõis omnibus suis expensis, habita calcina à cõmune, de quo banno pecuniario dimidiã habeat accusator, et dñus Locumtenens, uel potestas quolibet mense semel de predictis inquirere teneatur, exceptis dumtaxat carbonaiolis, qui carbones facere possint in ipsis montibus sine pena, dũmodo bene extinguant ignem, ita quòd in silua damnũ non inferat, ad penam supradictam.

## De pena rancantiũ in montibus cõis Rca 55

Item statuimus, et ordinamus, quod nullus audeat, uel presumat terras rancare in montibus cõis Gualdi, nec disodare de terris, uel sodis cõis, sed potius que sunt rancate, et disodate à decem annis citra communi dimittantur, et ulterius nõ laborentur, contra uerò faciens soluat camere uice qualibet decem libras, de qua pena dimidiam habeat accusator, esceptis castellanis nouis, quibus dati sunt modioli quatuor, quos disodare possint, et hec locũ habeant in preteritis, presentibus, et futuris, et hoc publice banniatur, Et inquisitio fiat per dñum Locumtenentẽ, uel potestatem de predictis, Et Gualdarij stantes in confinibus montiũ licentiã habeant accusandi, et denuntiandi delinquentes, et eorũ denuncie stetur, et credatur sicut de alijs damnis datis:

## Quod nulla persona possit immitti uel detineri in Capsaro R^ca. 56

Item quod nulla persona de Gualdo, uel eius districtu, seu etiá aliunde transiens, uel habitans in aliquo predictorú ualeat, nec possit cogi, mitti, uel recludi contra suá uoluntaté uiolenter in Capsaro, siue in fortilitia fienda, uel que fit in terra Gualdi per aliqué, qui custodierit, uel possederit eumdé, uel per aliquem alium mandato, monitione, uel inductione predci custodientis, uel possidentis dcúm capsarú Et si contrafecerit talis custodiens, uel possidens, mandans, monens, uel inducens, nec nó exequens in quingentis libris per assessoré cóis condemnetur tempore sindicatus, cuius pene medietas sit Camere, et alia dci talis sic conducti, introducti, uel reclusi uiolenter, de quibus sic gestis contra dictam formá statutorú credatur sacramento predci sic coacti, uel introducti cú dicto unius testis de uisu uel duorú fidedignorú de publica uoce, et fama, que pro plena probatione habeatur

## Ut condemnationes exigantur R^ca. 57

Item statuimus, et ordinamus q dñi Locumtenentes, uel potestates futuri pro se, et omnibus officialibus, et familia teneantur exigere, et etiam exigi facere omnes condemnationes factas, et faciendas, et quelibet alia credita camere, et cómunis, atq debita, et facere peruenire ad manus camerarij camere prout, et sicut requisiti fuerint per dños Rectores, uel per ipsorú parté fuerit declaratú, absq aliqua noua, et inusitata mercede, salario, uel precio ad pená quinq librarú denariorum

## Ut renunciari statutis non possit R^ca. 58

Item statuimus quod nulla persona possit, nec ei sit licitú renunciare alicui dictorú statutorú, etiá iuramento uallatú, et talis renunciatio, et iuramentú prestitú non ualeat, nec teneat ipso iure, et robur, uel effectum iuris nullatenus sortiatur, cúm ex nunc decernimus, et statuimus predicta ordinamenta, et premissa, et quodlibet predictorú esse facta principaliter, et in fauorem Reipublice Terre Gualdi, et nullus Notarius teneatur, uel debeat scribere talem renunciationé, et qui contra fecerit in centum libris uice qualibet puniatur:·

## De pena sindici facientis contra formá sui sindicatus R^ca. 59

Item statuimus, et ordinamus, q si aliquis sindicus ad dandú, uel concedendú alicui, uel aliquod ordinamentú fuerit á cói dedit olim, uel dabit in posterú aliquid de bonis cómunis contra for=

mam sui sindicatus, uel ipsá excesserit, soluat camere uice qualibet decem libras denariorum, et quod per talem sindicú dictum, factumue fuerit nó ualeat, nec teneat ullo modo, sed potius ab eo cui datum est reaccipiant omnino, et hoc locú habeat in preteritis, presentibus, et futuris:

## De pena minorú quatuordecim annis mitiganda R.o 60

Item statuimus quòd si minor quatuordecim annis etiam si doli capax fuerit contra aliqué, uel aliquos deliquerit, uel aliquod maleficiú commiserit, seu in persona ipsoꝝ minorú per aliqué, seu aliquos aliquod maleficiú committeretur, iniuria, uel excessus de ipso maleficio, uel delicto infra quindecim dies à die citationis fće cum cedula de ipso accusato, seu inquisito computanđ pacem fecerit cú iniuriato de qua appareat publicú instrumentú, ad penam aliquam de tali delicto, uel maleficio tàm ipsi minores delinquentes, q̀ꝫ illi, qui contra ipsos minores deliquerint nullatenus teneantur. Si auté de illo maleficio pax ipsa facta nó fuerit ut dictum est, puniatur delinquens cú temperamento considerata qualitate delicti, et personarú delinquentiú arbitrio dñi Locumtenentis, uel potestatis, et rectorú Populi, uel maioris partis ipsorum:·

## De hominibus nó ponendis in Carceribus R.ca 61

Item statuimus quòd dñus Locumtenens, uel potestas, nec alius officialis possit, nec debeat aliquem de Gualdo, uel eius districtu ponere, nec poni facere in carcere in compedibus sine custode detinere, nec cogere ad standum in palatio de die, uel de nocte, nec in aliquo alio loco occasione alicuius maleficij, de quo, et super quo contra eum modo aliquo procederetur per inquisitionem, denunciá, uel accusam, si d'cus gualdensis dederit, seu dare uoluerit cú effectu idoneos fideiussores de parendo mandatis curie, et soluendo omné pená, seu quantitaté pecunie, quam soluere deberet occasione qua detinetur, uel occasione alicuius officij eligendi seu accipiendi, contra uerò faciens in uiginti quinqꝫ libris uice qualibet condemnetur, de quo banno medietas sit camere, et alia accusatoris sic coacti, et coràm assessore cõmunis tempore sindi= possit per quemlibet accusari, Volentes tñ, q̀ si talis cogendus esset, uel cogi deberet pro

pro aliquo maleficio, de quo deberet personaliter puniri sui principalis, siue in defectu solutionis, debeat omnino per officiales, et curiam predictam in carceribus detineri, et carcerari, in quo carcere per custodes deputatos, siue deputandos debeat custodiri, et non alibi, ne de maleficio ualeat, et transeat impunitus, Nullus tn̄ occasione alicuius maleficij, uel aliqua alia causa in capsaro detineri possit, pena contenta in capitulo de capsaro loquente:

## De pena proycientis turpitudinē infra muros R[ca]. 62

Item Statuimus, quod nullus audeat proycere, ponere, uel poni facere quoquo modo turpitudinē, nec aliquā immunditiam, nec ingōmorimen aliquod domus, uel alicuius rei infra muros cōmunis terre Gualdi, nec prope portas ipsius terre tàm ex parte interiori, q̄ʒ ex parte exteriori per decem cānas, nec propè murum ipsius Terre, nec alicuius specialis persone, nec in terris alicuius, siue uijs, siue landronibus publicis. Contra uerò faciens soluat camere uice qualibet solidos uiginti, cuius pene medietas si camere, et alia accusatoris, et cuilibet liceat publice, et priuate accusare; Liceat tn̄ hominibus porte sancti Benedc̄i ponere, et proycere ingōmorimen infra murū cirche, et barbacanū à porta fluminis fei, que est propè molendinū g. Jacobutij usqʒ ad hostiū horti sancti Benedc̄i causa explanandi dictam uiā; Et hominibus porte sancti Martini extra ipsā portā, et propè ipsā portam uidelicet à Strata, qua itur ad pontem fluminis; Et hominibus porte sancti Donati infra murum cirche à pisciarelle aque, que diuidit portā s[ti] Martini à porta s[ti] Donati usqʒ ad arcē in pomerijs et foueis cōmunis, non tamen in hortis, et possessionibus particulariū personarum, et in alijs locis, prout dn̄o Locumtenenti, uel Prioribus populi terre Gualdi uidebitur, et placebit, qui portantes ingommorimen in locis predictis, et alijs de licentia dn̄i Locumtenentis, uel Priorū ad nullam penam teneantur, autem quilibet de Gualdo, uel eius districtu teneatur qui domū in Terra Gualdi habet propriam, uel conductam singulis diebus sabbati ante domū remundare, scopare, ingommorimē eleuare, qui uerò contra fecerit soluat communi pro banno uice qualibet quinqʒ solidos, et predicta banniantur singulis diebus ueneris:

de
cōsilium

## De proijcientibus Cornua, siue stercus, et alia similia ante domos alicuius, et Carminibus infamatorijs R.ca 63

Item statuimus q quicu͂q qui stercus, aut cornua, aut aliquã inmunditiam ante domũ, uel hostiũ, siue in ipsa domo, uel hostio, aut pertinentijs domus alicuius persone proiecerit, uel immiserit, aut proijci, et immicti curauerit, si domus sit honestarũ personarũ, pena amputationis manus, et fustigationis publicẽ per totam terram Gualdi puniatur. Si autem uilium, et forte inhonestarũ personarũ domus fuerit, pena quinquaginta librarũ puniatur soluen infra decem dies, et in . . . modo opponen libellos infamatorios puniatur, et omni tempore, quo constiterit, uel apparuerit aliquem aliquod delictũ de premissis commisisse . . . et puniatur sine aliqua gratia, et talis sic delinguens sit infamis, intestabilis, et testis esse non possit in causis ciuilibus, et criminalibus, sed pro infame, infamato publica infamia facti, et iuris habeatur:·

## De auxiliatoribus, fautoribus, consultoribus et alijs culposis in Criminalibus R.ca 64

Statuimus auxiliatores, fautores, assistentes, consultores, tractantes, uel aliquo modo scientes, et notitiam habentes de aliquo crimine, excessu, uel delicto cõmictendo teneri simili pena, qua teneantur principales commissores, et executores delicti, criminis, uel excessus, et nõ ualeant excusari aliquo modo etiamsi solum sciuerint, et non consenserint, tamen nõ propalauerint crimen excessũ, uel delictum cõmictendum cũm potuerint propalare, et si negligentes fuerint, aut noluerint propalare:·

### Correctio R.mi de Monte

Sub rubrica de auxiliatoribus statuitur, ut nuda scientia puniatur in maleficijs, pena qua maleficium commictens uenit puniendus; Statutũ iniquũ est, preterq in crimine lese maiestatis, Placeat statuto derogare, et nudam non aliter puniri, q ius commune disponat, uel scienti, et nõ reuellanti uiginti quinq librarũ penam imponere, et ultra ad arbitriũ ius dicentis pro qualitate cõmissi delicti. Placet:·

## Vt totum Consiliũ, et cõmune contra maleuiuentẽ, bannitos, et condemnatos insurgat ad punitionem R.ca 65

Item statuimus, et ordinamus, ut Bariselli nõ habeant causã aduentandi ad terrã Gualdi, et etiã ut malefactores puniantur, q ad requisitionẽ dñi Locumtenentis, uel potestatis, uel ius reddentis com[illegible]

et commune teneantur insurgere contra malefactores delinquentes, aut inobedientes, uel condemnatos ad punien, capiendū, carcerañ, domos diruen, et omnia et singula facien, que fuerint necessaria in predictis, et circa predicta, atq teneantur ad solutionē uiaticorum et expensarū Barisselli propterea necessario aduentantis, et missi si bona eorumdem capien cōe noluit auferre et nō alio mō:.

Vt pater, et Mater pro atroci filioꝝ delicto teneantur usq ad legitimā R.ca 66

Cum patres ob malā filiorū educationē sint causa delictorū commissorū per filios, statuimus patrem et matrem teneri usq ad legitimā filiorū in atrocibus maleficijs, et se excusare aliquo colore non ualeant:.

Vt Proximiores consanguinei, et affines bona delinquentiū redimere teneant R.ca 67

Proximiores consanguinei, et affines usq in tertiū gradum de iure canonico ad redemptionem bonorū delinquentiū de facto compellantur:.

Correctio R.mi Dñi Cardinalis de monte

Sub rubrica ut proximiores consanguinei, et affines statuitur proximiores usq in tertium gradū emere teneantur bona damnatorum. Placeat declarare q statutū procedat in grauioribus tm et atrocioribus. Placet, quod procedat in capitalibus:.

De pena dantis alicui pugnū, uel guanciatā R.ca 68

Item statuimus, quòd si aliquis dederit alicui pugnum, uel guanciatā in capite, uel in facie, soluat camere uice qualibet centū libras, et faciat duas cannas muri uiui in circa omnibus suis expensis habita calcina à communi. Si quis autē ceperit aliquem per capillos, soluat camere uice qualibet uiginti quinq libras, et faciat duas cānas muri uiui modo predicto; Et predcā intelligantur si sanguis nō exierit, si sanguis exierit soluat dictā penā duplicatā, et si alibi q in capite, uel in facie fuerit ipsa percussio, soluat camere uice qualibet decem libras, et hoc si cū manu uacua fuerit. Si autem calce, uel cubito percusserit aliquem in decem libris, et una canna muri uiui facien omnibus suis expensis in operibus cōmunis habita calcina à cōmuni. Volentes insuper, q si aliquis dederit alicui

pugnum, uel guanciatá teneatur, et debeat; ac etiá cogatur ab iniuriato recipere pugnú, uel guanciatá in platea communis; Et si dnús Locumtenens, uel Potestas fuerit negligens in faciendo obseruari predicta, de suo salario quinquaginta floreni applicentur camere:

## De pena offendentis aliquem corám dnó Loc.te uel Potestate R.ca 69

Item statuimus quod quicúq; percusserit aliqué, seu offenderit corám dnó Locumtenente, uel Potate Iudice, uel Notario maleficiorum soluat camere uice qualibet decem libras, et faciat mediam cánam muri uiui in operibus communis omnibus suis expensis habita calcina à cómuni, preter penas quas de ipso maleficio pati deberet, si in alijs locis cómisisset. Saluis etiá capitulis de penis duplicandis, que in suo robore preseruentur:

## De pena capientis aliquem per collarem R.ca 70

Item statuimus quod quicúq; ceperit aliqué per collarem pannorú iniuriose, soluat camere uice qualibet decem libras, et faciat unam canná muri uiui in operibus communis omnibus suis expensis habita calcina à communi. Si uerò aliquis ceperit aliquem iniuriose à collare pannorum infra, et spinserit, seu spatassauerit, ita quod spintus cadat in terram, uel aliú locú, soluat camere uice qualibet dictam penam. Et si aliquis spinserit, seu spatassauerit aliqué ita quod dc̃a occasione sanguis exiuerit, supradictá penam denarioꝝ, et canná muri soluere debeat duplicatá. Et si talis spintus, seu spatassatus in terrá, uel aliú locú nó ceciderit, talis offendens ad dictam penam pecuniariam solummodo teneatur:

## Quod nulla domus deuastetur R.ca 71

Item statuimus qꝙ nulli officiali liceat quoquo modo alicui Gualdensi facere proijci, discooperiri, dirui, uel alio modo deuastari aliquam domú, uel facere extrahi hostium domus, nisi pro collectis soluendis camere, et communi, cuius causa possit hostiú extrahi, sed nó domus dirui

nec destrui, Nec aliquis officialis, uel familiaris ipsius officialis, siue baiulus possit facere de predictis nisi ut dictum est. Liceat tamen dn̄o Locumtenenti, uel Potestati aliud officium facere competens de consciencia Rectorū populi, nec etiā deroget capitulo supradicto loquen̄ de homicidium cōmittentibus. Et si dn̄us Locumtenens, uel potestas in aliquo contra fecerit, in uiginti quinq; libris condemnetur, et in emendationē damni patienti.

## De pena euntis post tertium sonum Campane R^ca^. 72

Item statuimus, q quicūq; iuerit post tertiū sonum campane cōmunis, que pulsatur de sero pro custodia terre Gualdi, et per ipsam terrā inuentus fuerit per officiales, et curiā dc̄e terre, aut per aliquem ipsorū, uel per aliquē ex famulis dn̄i Locumtenentis, uel potestatis sine lumine ignis longe a domo sua, quā habitauerit per tres domos, soluat camere uice qualibet uiginti solidos, cuius banni medietatem habeat officialis, qui ipsū accusauerit, et credatur dictis officialibus et famulis, et eorū denunciationibus absq; aliqua probatione. Et si infra tres domos repertus fuerit sine aliquo negocio, et aliunde q; apud domum sue habitationis puniatur. Et si ea nocte, qua talis inuentus fuerit furtū aliquod factum fuerit, presumatur talem inuentū fuisse culpabilem de huiusmodi furto, si persona male conditionis et fame existeret, uel suspectus fuerit. Si autem bone conditionis, et fame fuerit talis inuentus, si uidebitur officialibus, et Rectoribus populi ad dictum furtū per alium cōmissum, uel ad emendationem ipsius, non teneatur nisi aliter claruerit dn̄o Locumtenenti, uel potestati, qui si uidebitur dn̄o Locumtenen̄, uel potestati, et rectoribus eē hominē male conditionis, et fame, ad emendationem rerū ablatarum, uel ad estimationē earū cogatur omnimodo perditori; Et mulieres, que consueuerunt ignem per terrā Gualdi causa filandi, post tertiū sonum campane facere nullo modo possint, nec debeant, nec etiam ante sonum campane de nocte. Et quecumq; persona contra fecerit, soluat camere pro banno uice qualibet decem solidos. Volumus etiam, q si aliqua persona post dictū sonū tertium campane inuenta fuerit per dc̄os officiales, uel familiam dn̄i Locumtenen̄, uel potestatis, uel aliquem ipsorū stare propē dictā domum ipsius, uel in qua habitauerit per tres domos, et de hoc fidem fecerit

condecentem, ad bannũ aliquod ipse talis, uel qui cũ lumine ignis iuerit nõ teneatur, nec etiã ad palatium duci debeat. Et Clerici uerò, et Medici, et etiam fornarij causa precipiendi ut panis fiat, et alij causa necessitatis alicuius infirmi, seu infirmitatis libere possint ire semper etiam sonando campanã grossam, que est in Palatio Mag.corum Dñorum Rectorum populi pulsetur cũ tocchis, et anteq̃ d.ca campana finiat pulsari, euntes nõ teneantur ad penam. Et si campana nõ sonauerit, ut multotiens euenit, simili modo puniantur reperti post duas horas noctis ut supra:

## Correctio R.mi Dñi Cardinalis de monte

Sub rubrica de pena euntis post tertium sonũ campane statuitur, q̃ repertus sine lumine de nocte post tertium sonũ campane incidat in penã solidorũ uiginti, et si campana nõ sonauerit puniatur sic repertus post horas duas noctis. Placeat statutũ reducere ad penã antiquã quinq̃ solidorũ, disponendo q̃ sonum campane nõ omittatur. Placet de pena decem solidorum.

## Quod nullus recipiat procuratorem ad accusandũ R.ca

Item statuimus, q̃ nullus de Gualdo, uel eius districtu, uel etiam aliunde aliquã procur. ab aliquo, uel ab aliquibus recipere debeat ad accusan. aliquẽ, uel aliquos de aliquibus damnis datis, q̃ diu Notarius damnorũ datorũ fuerit in officio, et steterit, nec etiã ad recipien. partẽ condemnationum, nisi forsan pro aliquo gualden., qui tunc temporis extra Gualdũ per duos menses, et plus steterit, quod facere possit isto capitulo nõ obstante. Si autem Notarius damnorũ datorũ nõ esset in terra Gualdi in officio, quilibet possit facere procuratorẽ occasione damnorũ datorũ sine aliqua pena. Mulieres quoq̃ et etiam senes, et infirmi, et etatis priuilegio gaudentes hoc idem facere possit libere sine pena; Non tñ possit aliquis constitui ad partem condemnationis extorquen., Et qui contrafecerit in predictis, uel aliquo predictorũ, in quadraginta solidis condemnetur, et quilibet possit accusare, et habeat medietatem pene, et banni. Item q̃ nullus audeat recipere aliquam procurationẽ, uel sindicatũ ad faciendũ accusari ab aliquo, uel aliquibus, uel uniuersitate, seu collegio nõ soluen. collectã camere pro bãno uice qualibet decem libras, de quo banno medietatem habeat accusator, et cuilibet liceat accusare, et talis accusatio;

65v

uel denunciatio facta per talem procuratorē, uel sindicū non ualeat ullo modo.

## De pena deuastantiū muros Communis R̄ca 74

Item statuimus, q̄ quicūq; destruxerit, uel destruet muros cōmunis, cōdemnetur in decem libris uice qualibet, et reficiat muros quos destruxerit, et quilibet Locumtenens, uel pōtas saltem sui regiminis, saltem bis in mense inquirere teneatur, et quilibet possit accusare et habeat medietatē banni, et uicini teneantur ad penam, et emendationem murorum si deuastatores nō manifestauerint. Et Mulieres tendentes super muris pannos eadem pena puniantur.

## De pena subtrahentis aliquam rem alicui. R̄ca. 75

Item statuimus q̄ si aliquis locauerit alicui aliquā uineam, domū, uel possessionē ad coptumū, pensionem, uel laboritium, et ipsā rem subtraxerit locatori, uel alicui submiserit, uel ipsam quoquomodo dederit uel locauerit, uel tradiderit sine ipsius locatoris licentia uel ipso iure quesito, uel in ipsius locatoris preiudiciū, et grauamen, aut dixerit aliquo titulo possidere, q̄; predc̄o uero titulo, quē habuit à locatore, soluat talis locatarius, uel fraudator decem libras, et faciat unam cannā muri unii in circa cōmunis omnibus suis expensis pro quolibet, et qualibet uice, habita calcina à cōmuni; Et eidem locatori ipsā rem locatam cum fructibus inde perceptis ad petitionē ipsius locatoris restituat sicut ipsā habuit à dc̄o locatore tempore locationis, et idem dicimus de illis, et contra illos, qui rem aliquā communis locatam subtraxerit ut dictum est, et hoc locū habeat in preteritis, presentibus, et futuris.

## De pena ascendentis supra domū alicuius R̄ca 76

Item statuimus, q̄ nemo audeat ascendere quoquo m̄o supra domū alicuius sine licentia illius, cuius fuerit ipsa domus, contra uerò faciens si de die fuerit in uiginti solidis, si de nocte in decem libris uice qualibet condemnetur, de quo bāno dimidiā habeat accu-

sator, saluo, q tempore incendij pro igne extinguendo etiam dño inuito possit in ea ascē
dere sine pena.

## Qualiter succurratur ad ignem R.ca 77

Item statuimus, et ordinamus, q si in terra Gualdi acciderit ad domū alicuius aliquod incendiū esse, quod Deus auertat, q omnes homines succurrere debeant, et teneantur, exceptis tñ odium habentibus qui succurrere non teneantur, et si à succurrentibus causa ingem extinguendi aliqua domus deuastaretur, talis deuastans ad aliquā penam nō teneatur, nec possit seu debeat dc̄a de causa ab aliquo molestari, et si molestaretur, molestans in centū solidis uice qualibet condemnetur, et uasa si qua deuastarentur, uel perderentur, emendētur per cōe Gualdi.

## Quod nullus accipiat ius cessum con cōe, nec speciales personas R.ca 78

Item statuimus q nullus contra cōe, nec contra speciales personas ipsius cōis Gualdi ab aliquo forense ius aliquod aliquo titulo recipiatur quoquo modo de aliqua re, contra uerò faciens in decem libris camere uice qualibet condemnetur, cuius banni medietatē habeat accusator, et tale ius nō ualeat ullo modo, et super ipso iure cesso in curia Gualdi nō audiatur nisi illud relictum, uel legatū fuerit in ultima uoluntate, quod si de uoluntate Rectorū dc̄e terre, uel maioris partis ipsorū, qui pro tempore fuerint processerit, q dans, et recipiens ius predictum, cum uoluntate dnōz Rectorū, uel maioris partis ipsorū ad penā aliquam nullatenus teneantur

## De pena non restituentis scripturas Communis R.ca 79

Item statuimus, q quicūq fuerit notarius cōmunis super aliquo officio hactenus, uel erit in futurū, et habuerit aliquas scripturas cōis, uel ad cōmune modo aliquo pertinentes, eas cōi reasignarē, et restituere debeat pro competenti precio, contra uerò faciens

in uiginti solidis uice qualibet condemnentur, et quilibet de Gualdo habens aliquas scriptu-
ras communis, uel ad ipsũ commune pertinentes, ipsi cõmuni infra quindecim dies postq̃ banni-
tum fuerit, mandato dñi Locumtenentis, uel potestatis restituere teneatur. Contra uerò faciens
in centũ solidis uice qualibet condemnetur, et nihilominus ipsas scripturas ipsi cõi restituere
teneatur, et talis notarius nõ restituens, et nõ assignans scripturas supradictas mõ superius
declarato ad penam predictam, et de ipsius cõis indemnitate penitus teneatur:·

## Quod nullus male fame moretur in Gualdo R^ca. 80

Item statuimus q̃ nullus male fame, et conditionis, uel exbannitus pro prodimento sue terre, nisi
sit castellanus communis Gualdi, uel de rectorum populi uoluntate processerit moretur in Gual-
do, uel eius districtu postq̃ sibi mandatũ fuerit per officiales terre Gualdi q̃ discedat. Contra uerò
faciens in uiginti quinq; libris uice qualibet condemnetur, et si soluere nõ poterit dictam penã,
ponatur in carceribus communis, et tam diu detineatur, quòd soluat cum effectu:·

## Quod nullus frangat clausuram molendinorũ R^ca. 81

Item statuimus, q̃ nullus audeat frangere clausurã Molendinorũ, seu ualcheriarũ alicuius, seu in
ipsis aliquod impedimentũ prestare, uel facere, nec aliquid extrahere de clausura, uel formula ipsius
uel flumine, nec aliquã immunditiã in ipsam clausurã, uel flumen mittere, seu ingomborare sine ex-
pressa licentia dñi, uel cuius fuerit; contra faciens uerò in centũ solidis uice qualibet condemnetur
de quo banno dimidiam habeat accusator. Et si inter aliquos habentes molendinos fuerit questio ali-
qua de ipsis molendinis, uel ualcherijs, uel eisdem coadherentibus, dñus Locumtenens, uel potestas
cogat eos ad ponendũ homines omnibus expensis ipsarũ partiũ, qui ipsam questionẽ decidant, si-
cuti negocio crediderint conuenire, et sicut diffinita fuerit seruet, et nullus impediat cursũ aque:·

## Contra Piscatores in formula alicuius R^ca. 82

Item statuimus, q̃ nullus audeat piscari in formula alicuius mergonis, siue clausura molendini, uel ual-
cherie usq; ad buccam, et cursum antiquum ipsius aque, in qua reintrat aqua ipsius mergonis, con-
tra uerò faciens in centũ solidis uice qualibet condemnetur, cuius banni dimidiã habeat accu-

cusator, et eius sacramento credatur cu uno teste, et etiam dnus rei possit accusare:·

## Qualiter dentur fideiussiones de non offendendo R.ca 83

Item statuimus, q si aliquis dubitauerit de aliquo, q non offendatur ab eo in persona, uel rebus, et petierit talem cogi ad comparen coram dno Locumtenente, uel potestate, uel iudice, uel uicario terre Gualdi ad dandu sibi fideiussiones de no offendendo in persona, uel rebus, dnus Locumtenens, uel potas, et eius officiales, uel alter ipsoru teneatur ipsu facere citari statim, q ueniat coram ipso Lnte, uel potestate personaliter, et ab ipso cautione, et fideiussione recipere debeat eius, et sue curie mandatis, et non offendendo ipsum, qui dubitauerit in persona, uel rebus, per se, uel alium, seu alios quoquomodo, et facere oia alia, et singula, que in predictis fuerint oportuna, Qui si predictas fideiussiones dare contempserit, uel non dederit, detineatur sub pena custodia carceratus, donec fideiussiones, et cautiones idoneas dederit, Qui sic citatus ad predicta si contumax fuerit, condemnetur per dnum Locumtenente, uel potestatem, et eius officiales in centum libris, et plus arbitrio ipsius Locumtenentis, uel potestatis, iudicis, uel uicarij, considerata persona, et causa. Si uero fideiussiones, et cautiones dederit, et postea talem offenderit, seu offendi fecerit in persona, uel rebus quoquomodo, puniatur in illa pena, in qua se obligauerit tempore dce obligationis, et promissionis fce, ac prestite cautionis, et sicut in ipso contractu continetur, et in capitulis statutoru loquen contra talia maleficia committentes, et extra Gualdu, et eius districtum iuxta arbitriu dni Lntis uel potestatis moram trahat, et si dictum bannu soluere no poterit, puniatur in persona, considerata qualitate delicti arbitrio dni Locumtenentis, uel potestatis; Et si quis malitiose fideiussiones petierit, remaneat in prouisione dnoz Rectoru populi, et quandocumq ius reddenti uidebitur pro quiete terre capi faciat usq in tertiu gradum cosanguinitatis, et cogat ut sibi uidebit:

## Contra habentes de Terris Communis et Camere R.ca 84

Item statuimus, q dnus Lns, uel potas, uicarius, siue iudex infra duos menses introitus sui regiminis precise uinculo iuramenti teneantur ueritate exquirere contra omnes, et singulos

habentes de terris, et possessionibus cois, et Camere Gualdi cultis, et incultis positis in montibus
cōmunis, et ad commune pertinentibus, ipsosq habentes, et tenentes de ipsis terris, et possessio=
nibus tàm qui dicunt se tenere, et possidere pro eius possessionibus, et dominijs, et quicumq
haberet ab illis hominibus, et personis, quibus date sunt pro coi modiolo terre, et silue, qui,
uel que sine filijs legitimis decesserint, quàm qui sm pacta, et promissiones fcas, et initas in
ter cōmune, et ipsos, prout promiserunt coi seruitia facere, et cessauerunt, cogere possint, et
debeant ad restituen dco communi terras, et possessiones, que ad idem cōmune pertinerent, et
pleno iure cōmunis fuissent. qui quidem possessores deceptores huiusmodi omnes, et singuli
teneantur, et debeant infra quindecim dies post introitū regiminis dni Locumtenentis, uel
potestatis ipsas possessiones omnes ipsi coi, uel sindico ipsius pro ipso coi recipienti reassigna=
re, non obstante aliqua prescriptione temporis iure aliquo, speciali persone, modo aliquo acqui=
sito. Et hoc locū habeat in presentibus, et futuris, et etiam à uiginti quinq annis citra, et nihil=
ominus officiales teneantur, et debeant cogere omnes, et singulos detemptores, et possidentes
de terris cois, et Camere ad restituen coi, et camere predictis omnes, et singulos fructus perceptos
ex ipsis terris, et possessionibus, Et Lns, siue potestas, et sui officiales possint, et teneantur
contra tales possidentes procedere, et repertos culpabiles in penā centū librarū condemnare
et exigere, et omnia facere que ipsis officialibus, et eorū cuilibet uidebitur faciendū, ita et
taliter qd omnes, et singuli huiusmodi possidentes ipsas terras, et possessiones relaxent; Rec=
tores quoq ipsis officialibus in predictis prestare debeant auxiliū, consiliū, et fauorem
et nullus audeat ipsas terras, et bona ad ipsū cōmune, et cameram spectan laborare, nec ea
possidere, et cultiuare, contra uerò faciens in predictis, et quolibet predictorū in centum
libris condemnetur; Saluo, et reseruato qd si aliquis, uel aliqui fuerint possidentes de huius=
modi possessionibus, coi, et camere predictis restituere possint, et relaxare usq ad senten=
tiam contra eos ferendam occasione huiusmodi detemptionis.

## Quod Processus ualeant pleno iure R^ca. 85

Item q omnes, et singuli processus facti, uel faciendi per locumtenentẽ, uel potestatẽ, et suos, uel alios quoscumq3 officiales Gualdi, seu etiam coram eis, et aliquo ipsorũ contra quascũq3 personas terrigenas, uel forenses super quibuscũq3 maleficijs, iniurijs, uel offensis super aliqua denunciatione, accusatione, uel inquisitione, uel alio quocũq3 modo ualeant, et teneant pleno iure, et habeant roboris firmitatem solum de maleficio cõmisso, super quo proceditur per testes, uel instrumentũ uel aliter legitime claruerit ei, qui super maleficio processerit, et de ipso cognouerit euidenter non obstañ si in eisdem processibus, uel aliquo ipsorũ in aliqua parte sui iuris solemnitas nõ fuerit obseruata, seu ordo, seu modo aliquo pretermissa, ipsi processus, et quilibet eorũ, et etiã sententie fereñ super predictis, et quolibet predictorũ reuocari nõ possint, seu quomodolibet irritari, nec opponenti aliquas exceptiones contra predc͠a, uel aliquod predictorum, ipse exceptiones nõ admittantur quoquo modo, Et hoc locũ habeat in preteritis, presentibus et futuris, et pendentibus, lege, constitutione decretali, seu quocũq3 iure in contrariũ loqueñ, et facieñ, nõ obstañ, quibus in hac parte per presens statutum uolumus derogare:·

## De pena negantium parentelam consanguineorũ R^ca. 86

Item statuimus, quod si aliquis agens, uel defendens in curia, seu coram officialibus curie terre Gual. negauerit super aliqua causa, uel dixerit se nõ credere aliquẽ fuisse uel esse patrem, matrem filiũ uel filiam, maritum, uel uxorem, fratrem, uel sororẽ, seu aliquem esse, uel fuisse Notarium, et post huiusmodi negationem, uel negationes probetur per famã publicã pluriũ testiũ illum, uel illam, de quo, uel qua predc͠a, uel aliquod predictorũ negatũ fuerit esse uel fuisse ut dictum est, que fama publica sufficiat ad predicta probañ, talis negans in centũ solidis camere et media canna muri uiui faciendi in operibus communis omnibus suis expensis habita calcina à communi, Et idem dicimus contra negantes, uel dicentes se nõ credere per uerbũ, quod pro negatione habeatur aliquẽ fuisse, et esse Locumtenentẽ potestatem, Iudicem seu Vicarium.

Notariū, uel banditorem, baiulū, uel rectorem, uel alium officialem Gualdi, uel aliquem non fuisse, uel esse Gualdensem, et non fecisse factiones cōis, uel quod nō fecit, uel aliquem artificem non esse iuratum in arte, quam exercuit, uel exercuerit, Volentes etiā q͂ pro Gualdensi habeatur omnis, qui soluerit datam, et collectam, et faciat alias factiones communis ut alij Gualdenses:.

## Quod minores uiginti quinq; annis, et maiores xiiij, et mulieres bone fame possint esse testes R^ca. 87

Item statuimus, q͂ minores uiginti quinq; annis, maiores autem quatuordecim doli capaces, et mulieres bone fame in maleficijs quibuscūq; et damnis datis possint coràm officialibus terre Gualdi ueritatis testimoniū perhibere, et eorū dicta, et attestationes auctoritate p̄ntis statuti ualere uolumus, dicimus, et firmamus, et si aliquis filius familias cōmiserit aliquod maleficiū, et ipsū confitebitur, uel negauit q͂ ualeat tamq; nō esset filius familias, et possit filius familias esse in iudicio in agen, uel defenden in predictis, ac si esset pater familias.

## Quod liceat insultato se defendere R^ca. 88

Item statuimus, q͂ si aliquis insultatus fuerit, uel aggressus ab aliquo, uel aliquibus ad domū uel alio quocūq; loco, talis insultatus possit se defendere à d͂co insultatore, aut insultatoribus, et si ad suam defensionē percusserit, uel modo aliquo offenderit ipse insultatus eumdem insultatorē quod ipse insultatus ad penā aliquā nō teneatur, Et si talis insultatus ad domū, uel alio quocūq; loco pro succursu gridauerit, uel clamauerit, quilibet audiens hoc, uel audire potens debeat tali insultato succurrere, et auxiliū, et consiliū sibi prestare, ne ab insultatore ledatur, qui autem contrafecerit soluat pro banno uice qualibet centū solidos, et quilibet possit accusare, et habeat medietatem banni:.

## Quod duplicetur pena illi, qui offenderit consanguineū alicuius offendentis R^ca 87

Item statuimus q͂ si aliquis Gualdensis substinuerit hactenus aliquā offensā, uel iniuriā quoquo modo, uel in futurū substinebit, ipse, nec aliquis pro eo presumat aliquem consanguineū illius

offendentis per se, uel alium realiter, uel personaliter, et si contra fecerit directe, uel per obliquú, ipse, uel alius pro eo puniatur in quadruplo illius, quo condemnari deberet si offendisset, uel percussisset ipsú principalem se primo offendentem, Et insuper uolumus q̄ si offendens offenderit illum, qui se primo offendit, de simili offensa soluat illam penam, quam soluit ille, qui primo offendit, Et uolumus q̄ Potestas in principio sui officij infra decem dies hoc capitulum publicè banniri faciat in locis consuetis, ut ueniat ad notitiá omnium, et singulorú, quod si nó fecerit perdat de suo salario uiginti quinq; libras tempore sindicatus:·

## De graui damno dato R.ca 90

Item statuimus, q̄ si tempore noctis, uel diei alicui, uel aliquibus graue damnú datú fuerit in re aliqua uel aliquibus, incendio paleari, siue mete bladi, incisione uinee, uel arború, uel in bestijs aliquibus, ipsas, uel aliquam ipsarú sgarlettando, percutiendo, uel aliter deuastando, uel in alijs quibuscúq; rebus, et quomodocúq; ipsas, uel aliquas ipsarú deuastauerit aliquis, Dnus Lus, uel potestas, Vicarius siue iudex teneatur, et debeat facere emendari damnú passo sm modú infrascriptú ab hominibus illius parrochie, in qua ipsum damnú datú fuerit, uidelicet q̄ teneatur, et debeat inquisitionem facere de malefactore si poterit inueniri, et super ipsa inquisitione, et inuentione procedere diligenter ad inueniendum per testes, et famá publicam quocúq; modo melius fieri poterit, et ueritas poterit inueniri, Et si per ipsam inquisitionem, et processú eisdem officialibus, uel alicui ipsorum constiterit de ipso malefactore, et malefactor capi poterit, et in fortiam officialiú, et curie haberi, si aliquid predictorú cómiserit soluat huiusmodi malefactor camere uice qualibet uiginti quinque libras, et faciat uná canná muri uini in circa cois omnibus suis expensis habita calcina à cómuni, et damnú emendet sm communé estimationé plenarie patienti anteq; à carcere relaxetur. si uerò combustio est, talis combustor tamq; homicida condemnetur, et puniatur huiusmodi malefactor in quocúq; casu deliquerit predictorum, si capi nó poterit de bonis ipsius malefactoris si in Gualdo, et eius districtu aliqua reperirentur, ipsi damnú passo pro emendatione huiusmodi damni

dati usq; ad satisfactioné condignam, et quarti pluris sm cómunem extimationé ipsa sibi in so=
lutum summarie adiudicentur, et concedantur per officiales predictos, et in tenutam ipsorú per=
sonaliter inducatur per ipsos officiales tunc et de facto defendatur statim cùm fuerit pos=
tulatum à damnú passo, reliqua alia sua bona deueniant in Camera. Et si fuerit combustio
domus, ipsa bona perpetuò publicentur, et ipse malefactor sit perpetuò exbannitus terre Gualdi
et eius districtus; Et si in fortiam officialiú, et curie aliquo tempore peruenerit, tamq; homicida
penitus puniatur. Si uerò combustio palearij, mete, uel incisio uinee, uel arború, siue bladi, uel
deuastatio bestiarú, uel similiú fiat satisfactio damnú passo de bonis male factoris, ut superius
est expressú, reliqua sint camere. Verùm si malefactor huiusmodi nó inueniretur, seu de tali
delicto ueritas reperiri in aliquo predictorú nó poterit, uel inueniretur malefactor, sed bona sua
in Gualdo, et eius districtu non reperirentur sufficientia pro emendatione damni dati, uel
huiusmodi damnorú datorú damnú passo plenarie. Dnus Lts, uel potestas, et sui officiales fta
excussione statim cogant modis omnibus quibus ipsis uidebitur omnes, et singulos ipsius loci
in quo damnú datum fuerit supradictum ad eligen duos bonos homines, et legales de ipso loco
et de ipsa parrochia in qua damnú datú fuerit ad estiman dcúm damnú, Qui homines sic elec=
ti iurent ipsam estimationem facere bona fide per utramq; partem; teneantur etiam predci
estimatores estimationé, quá fecerint de dco damno dato inter homines ipsius parrochie di=
uidere, et posita ratione quantitatis, et compensatis facultatibus ipsius loci, et taliter ordinent, quod
de ipsa estimatione quilibet focularius tantú soluat, ita q plus altero nó grauetur, et sic facta dicta
estimatione, et diuisione, prefati officiales Gualdi compellant illos de dicto loco omni exceptione
remota ipsú damnú emendare sm estimationé predictam, qui si negligentes fuerint perdat
Lts, uel potestas de suo salario uigintiquinq; libras tempore sindicatus, et damnú emendet secun=
dum estimationem predictam. Qui estimatores habeant à damnú passo quatuor denarios pro
qualibet libra quanti estimauerint dictum damnú; Et si estimatores in dca estimatione fraudem
commiserint, in decem libris pro quolibet, et uice qualibet condemnentur; Baiulus quoq; ha=
beat pro suo salario pro citatis totius parrocchie in totú . . Notarius uerò male=

ficiorum pro scripturis nullum salariū recipiat, nec aliquis audeat à damnū passo de tali estimatione recipere ius cessū, qui autē contrafecerit in centū solidis uice qualibet condemnetur et totidem qui ius concesserit supradictum; Et in curia terre Gualdi non audiatur de ipso damno dato; Et hec omnia contenta in dc̄o capitulo solūmodo locū habeant in illis personis, et in fauorē personarū, que soluunt datam, et collectam in Gualdo; Volumus insuper, q̄ Rectores artium, qui pro tempore fuerint possint prouidere utrum damnū predictum emendari debeat per . . . uel cameram eo modo supradc̄o, Et si per camerā elegerint, et prouiderint emendari, q̄ infra quindecim dies postq̄ à damnū passo postulatū fuerit, deliberent, et fieri faciant estimationem, infra altos quindecim dies sequentes faciant satisfieri damnū passo de dc̄o damno dato de habere camere. Decernentes etiam, q̄ dantes personaliter damnū in uineis, grano, hortis, et alijs possessionibus de nocte, in duobus ictibus corde puniantur, et soluant ducatos auri quatuor, de die in uno ictu corde, et duobus ducatis auri qualibet uice puniantur:.

## Quod qui commiserit aliquod maleficiū nō habeat beneficiū à Cōe Rca 91

Item statuimus, et ordinamus, q̄ quicūq; cōmiserit aliquod maleficiū, uel excessū contra Gualdenses, de quo maleficio, uel excessu nō soluerit bannum camere, habere nō possit aliquod beneficiū à commune Gualdi, nisi primo soluerit bannū de dc̄o maleficio, uel excessu camere predicte cū effectu; contra uerò faciens, si fuerit Locumtenens, uel potas, siue sui officiales, uel Rectorum, quilibet in quinquaginta libris, et quelibet alia persona in uigintiquinq; libris condemnentur:.

## Quod infra quindecim dies utiles nō publicentur Testes Rca. 92

Item statuimus, q̄ Dñs, uel potestas, uicarius, siue iudex, aut Notarius maleficiorū, qui pro tempore fuerint ad regimen dc̄e terre, aut aliquis ipsorū in criminalibus causis infra quin

decim dies ultimos sui regiminis non audeant, nec presumant publicare, nec aperire aliquē processū, nec testes pro apertis, et publicatis pronunciare, nec aliquē testem in libro testiū uel in alijs libris, et actis camere scribere, qui non probet maleficium sub pena prestiti iuramenti, et quinquaginta librarū pro quolibet ipsorum, Et nihilominus contra dictam formam id quod factum fuerit, sit ipso iure nullū, et nullius roboris, de quibus sindicentur tempore sindicatus, et in dictis penis contrafacientes condemnentur:

## Quod nullus audeat aduocare pro aliquo accusato R^ca. 93

Item Statuimus, q nullus de Gualdo, uel eius districtu audeat dare, prestare, uel facere in curia Gualdi, uel alibi patrociniū, aduocationē, uel procurationē, uel prestare auxilium, consiliū, uel fauorem cū scriptura, uel sine, publicè, uel priuatè alicui accusato, uel accusando, denunciato uel denuncian, inquisito, uel inquirendo per Locutenentē, uel potestatē, uel officialem aliquem Gualdi de turbatione, molestatione, apprehensione, uexatione, exterminatione, uel terminatione alicuius rei publice, uel possessionū cōis, et camere, uel fieri faciendo in terra Gualdi, uel eius districtu in plano, et montibus, uel alibi ubicunq. Qui autem contrafecerit in predictis, uel aliquo predictorū, cogatur de facto per dnūm Locumtenentē, uel potestatē, et suā curiam sine aliqua scriptura soluere camere uice qualibet decem libras, et eius aduocatio, procuratio, et patrocinium non admittatur, nec audiatur ullo modo

## Quod abolitio peti non possit R^ca. 94

Item Statuimus q super omnibus, et singulis accusationibus, denunciationibus, et inquisitionibus quorūcunq maleficiorū, uel excessuū, uel iniuriarū facien in curia terre Gualdi careat abolitio, et locum non habeat, nec possit super aliqua accusa, uel denunciatione ipsa abolitio peti, et si peteretur, per dnūm Locumtenentē, uel potestatē, iudicē, uel aliū officialem dicte terre Gualdi minime concedatur, et ea nō obstante super ipsis maleficijs, excessibus, et delictis, ac iniurijs que cōmittentur in talibus accusationibus, denunciationibus, seu etiā

inquisitionibus procedatur ad sententiam diffinitiuā sm̄ formā statutorum, ordinamentorū, et reformationum terre Gualdi, lege aliqua nō obstante, et hoc locū habeat in presentibus, et futuris, et qui abolitionē huiusmodi petierit, condemnetur uice qualibet in tantū, quantū deberet condemnari ille, cuius accusa, denunciatio, seu inquisitio peteretur aboleri:·

## Contra facientes tumultum, et rumorem R[ca]. 95

Item statuimus, et ordinamus, cūm Gualdenses sint proni, et prompti ad rumorē pro leui causa multotiens facien, quòd nemo absq; euidenti causa primo cognita, et approbata, siue declarata per dn̄os rectores populi, qui pro tempore fuerint audeat, uel presumat in Terra Gualdi, uel eius districtu tumultū aliquem facere, uel rumorem. Si quis autē contra fecerit, soluat Camere pro banno uice qualibet uiginti quinq; libras si fuerit Gualdensis, si autem fuerit forensis soluat pro banno camere uice qualibet centum libras denariorū, quod bannū si soluere nō poterit, capite puniatur ita q̄ penitus moriatur, et possint tam Terrigene, q; forenses à quolibet accusari, et accusator teneatur in secretum si uoluerit:·

## De pena euntis ad domum alicuius tempore rumoris R[ca]. 96

Item statuimus, et ordinamus, q̄ nullus terrigena, uel forensis audeat, uel presumat ire socius, uel associatus, munitus, uel inermis tempore quo aliquis rumor, uel tumultus fuerit, uel esset in terra Gualdi ad domum specialis persone, nec ipsā personā sequi ad aliquā iniuriā alicui facien nec aliquod uetitū simile committendū; contra uerò faciens si Terrigena, uel districtualis in centum libris uice qualibet condemnetur, et in penā, in qua condemnari deberet si maleficium aliquod cōmisisset, et si forensis capite puniatur, et predicti delinquentes possint à quolibet accusari, et nomen accusatoris teneatur in secretū si uoluerit:·

## Correctio R[mi]. Dn̄i Cardinalis de monte

Sub rubrica de pena euntis ad domū alicuius tempore rumoris, statuitur, q̄ uadens ad domū

alicuius etiam inermis puniatur Gualdensis in centũ libris, forensis in capite. Placeat declarare quòd Statutũ procedat in euntibus ad domũ malo animo, et intentione offendendi commorantes in domo. Placet, et q͂ hoc remittatur arbitrio superioris:.

## Quod cuilibet liceat capere malefactorem R͞ca. 97

Item statuimus, et ordinamus, q͂ si aliquod maleficiũ, seu homicidiũ cõmitti contigerit ab aliquo, uel aliquibus in persona alicuius, uel aliquorũ de Gualdo, uel eius districtu, quilibet possit, et debeat talem malefactorẽ, uel maleficiũ cõmittentem capere, detinere, et personaliter cogere, ac officialibus terre Gualdi quocũq; modo poterit presentare, et cuilibet liceat auctoritate p͞ntis statuti predc͞a omnia liberaliter facere posse sine pena, aliquo alio Statutorũ capitulo in contrariũ loquente, siue aliqua alia quacũq; lege, nõ obstante:.

## De pena facientis congregationem Gentium R͞ca. 98

Item statuimus, et ordinamus, q͂ nullus de Gualdo, uel eius districtu audeat, uel presumat quoquo modo cũ aliquo, uel aliquibus publicè, uel priuate iurare aliquã conspirationẽ, conuenticulam, seu congregationẽ gentiũ quocũq; nomine censeantur facere, uel fieri facere, seu aliquo modo interesse sine expressa licentia dnorum Rectorũ populi, qui possint omnia facere, que in occurrentibus eis uidebitur, et placebit, contra uerò faciens in centũ libris camere, et duabus cannis muri uiui faciendi in operibus cõis omnibus suis expensis habita calcina à cõmuni condemnetur, Et sit licitũ cuilibet accusare, et talis accusator sub silentio teneatur. Dnus Locumtenens, uel potestas super talibus inquirere teneatur, et repertos culpabiles condemnare, Et hoc capitulum publicè banniatur semel in mense, Et potestas uinculo iuramẽti, et pena decem librarũ predc͞a teneatur executioni mandare, saluo q͂ artes, et artifices possint, et ualeant congregari quando, et quotiens uoluerint de mandato, et licentia Rectorũ populi, et pro factis, et negocijs ipsarũ artium, et cuiuslibet ipsarũ, et pro cõmodo, et utilitate cõmunis, et artium predictarũ, dummodo nihil ualeant ordinare contra formã

Statutorum, et ordinamentorum dcte terre Gualdi, uel derogare prnti regimini, et facientes co adunatas cu armis, uel de personis de quibus suspicetur de die, uel de nocte, banniatur à terra Gualdi, et eius districtu, et coru bona confiscentur.

## Correctio Rmi Dni Cardinalis de monte

Sub rubrica de coadunatis, et conuenticulis, et sub rubrica de pena facientiu congregationé gétis Statuitur facientes conuenticulam, uel congregationé gentis bona omnia confiscentur. Placeat declarare, ut procedat quando fieret congregatio, et conuenticula ad turban bonu Statum communis, aliàs pena sit centum ducatorum, uel prout arbitratus fuerit dnus lns. Placet:

## De pena turbantis bonum statu Terre Gualdi Rca 99

Item statuimus, quod nemo audeat aliquo modo bonu Statu pacificu, et tranquillu terre Gualdi turbare, nec aliqua communi, et Specialibus personis dcte terre contraria cu aliquo, uel aliquibus significando ordinare, et alicui, uel aliquibus personis Specialibus, et etia comunitatibus uolentibus aliqua contraria contra commune predictum, et bonu Statu Terre Gualdi ordinare, mittendo lras, uel recipiendo ipsas contraria aliqua continentes dcte Terre Gualdi, nec aliqua alia facien in detrimentu, et uerecundiam eiusdem. Qui auté contrafecerit in predictis, uel aliquo predictoru dictis, uel alijs quibuscuq modis in quingentis libris denarioru camere, et in uigintiquinq cannis muri uiui faciendi in operibus communis omnibus suis expensis habita calcina à communi uice qualibet condemnetur sine relaxatione aliqua, qui si infra quinta diem postq claruerit non soluerit dictam penam, capite puniatur; Volentes, q supradictis penis subiaceant tàm terrigene, q forenses, et clamantes ad palatiu, Et sit licitu cuilibet accusare, et in secretu teneatur. Dns aute uel potestas, iudex, siue uicarius de predictis inquirere teneatur, et repertos culpabiles condemnare in penis supra declaratis. Turbantes uerò terra, et homines Gualdi contra Statum

sacrosancte Romane Ecclesie lese maiestatis, Rei efficiantur, et acriter puniantur secundum formam extrauagan. L. Maiest. C. ad reprimen.

## De pena turbantis bonum statũ alicuius Terre R.ca 100

Item statuimus, quod nullus de Gualdo, uel eius districtu, nec etiam forensis, qui in terra Gualdi consueuerit habitare audeat, uel presumat turbare statũ alicuius terre, ciuitatis, seu castri, aut uille prouincie ducatus, seu marchie, uel turbantibus dando auxiliũ, uel fauorem, uel consiliũ, uel etiam ire personaliter, uel aliquem mittere in subsidiũ, uel adiutoriũ alicuius partis, uel etiam in detrimentũ alicuius specialis persone, que et alia presumpserit attemptare; contra uerò faciens in predictis, uel aliquo predictorũ, nisi fuerit pro parte cõis Gualdi specialiter eidem concessum, cui pene tunc nullatenus uolumus subiacere. qui contra faciens si fuerit nobilis in quinquaginta libris, si popularis in centũ libris uice qualibet condemnetur; si forensis, et haberi poterit, pes dexter à crure penitus amputetur, et omnia sua bona confiscentur, et de terra Gualdi, et eius districtu remaneat exbannitus, et per dnũm Locumtenentẽ, uel potestatẽ, et eius officiales debeat condemnari, quorũ bannorũ pecuniariorũ medietas sit camere, et alia accusatoris, et quilibet possit accusare, et eius nomen teneatur in secretum:.

## Quod nullus debeat procurare, nec aduocare pro Potestate tempore sindicatus R.ca 101

Item statuimus, et ordinamus quod nullus de Gualdo, uel eius districtu audeat, uel presumat tempore quo Potestas, iudex, Notarius, et familia ipsius sindicabuntur pro eis, uel aliquo ipsorũ contra sindicũ cõis Gualdi, uel aliquã aliã personã cũ ipsis, uel aliquo ipsorũ coràm sindico qui eos sindicabit contendere, opponere, uel allegare, seu procurationem prestare; contra uerò faciens in uiginti quinque libris camere, et media cãna muri uiui faciendi in circa communis omnibus suis expensis habita calcina à communi uice qualibet condemnetur, nec possit habere aliqua officia à communi Gualdi deinde ad unum annum, et nullus audeat associare dictos officiales, nec aliquem ipsorũ quando ipsi ibunt coràm sindico ad redden. rationẽ de adminis-

cratione eorum officij. contra uerò faciens per sindicú dc̄i cōis in dc̄a pena debeat condemnari, Item

q̄ nullus de Gualdo, nec eius districtu audeat Potestati, uel eius officialibus, nec alicui de sua familia

tempore sindicatus aliquā aduocationē prestare, et procurationem facere, seu pro eis, uel aliquo eorū

interuenire coràm sindico tamq̄ aduocatus, uel procurator contra cōmune, nec contra aliquas speciales

personas; contra uerò faciens in uiginti quinq̄ libris per sindicū communis debeat condemnari :

## Quod filius familias admittatur ad accusandū Rca 102

Item statuimus, quòd quilibet filius familias, qui est sub potestate patris, uel Aui, et quilibet alius familiaris per procuratorem patris, uel aui, uel etiam domini sui admittatur ad accusan damnū dantes in bonis patris, Aui, uel etiam domini sui, et accipiendū partē condemnationū ipsarū, aliquo capitulo in contrariū loquente non obstan:

## Quod bona exbannitorū uendantur. Rca 103

Item statuimus, q̄ bona exbannitorū, seu condemnatorū terre Gualdi uendantur pro camera usq̄ ad satisfactionem condignam condemnationis fc̄e de eisdem, Et hoc fiat per sindicū cōis ad hoc deputatū, uel ipsa bona laborentur ad instantiā camere ap̄lice, ita q̄ ipsoꝝ fructus in utilitatē camere predc̄e cōuertant:

## De pena falsificantis Cartam bambacinam Rca. 104

Item statuimus ad honorē, cōmodum, et utilitatē cōmunis populi terre Gualdi, et specialiū personarū ipsius et ut ars cartarū bombicinarū de bono in melius augumentetur, q̄ quicūq̄ de Gualdo, uel eius districtu fecerit, uel fieri fecerit cartam, teneatur, et debeat ipsā artem sufficientē bonā, et bene affinatam, et competentis ponderis facere bona fide sine aliqua fraude ita, et taliter q̄ Risma cartarū grossarū sit ad minus decem, et octo librarū, et Risma cartaꝝ finarū sit uiginti unius librarum et risma, et quinterni dictarū cartarū sint eiusdem longitudinis, et latitudinis, ut est carta, que fit in fabriano; si quis autē contrafecerit in predictis in centū solidis uice qualibet condemnetur Et nullus ponat, nec ponere faciat, uel audeat in carta sua fina, nec grossa signū alicuius specialis persone, que primo ceperit, et fecerit dictū signū ad penam centū solidorū; Et qui primo

ceperit, et fecerit dictum signum, remaneat in declaratione Rectorũ concordie dc̃e artis, Et nullus audeat, uel presumat pistum grossũ cũ subtili, nec cincios grossos immiscere ad penã centum solidorũ, et q̄ scurlatores, et sortitores cinciorũ iurent, et iurare debeant ad sc̃a dei euangelia corporaliter tactis scripturis ipsos cincios bene, et legaliter sortiri, et scurlare, in manibus rectorũ dc̃e artis ad penã decem solidorũ pro quolibet et uice qualibet. Siquis autẽ in faciendo, uel fieri faciendo dictã artem, siue cartã falsitatẽ cõmiserit, in decẽ libris uice qualibet condemnetur, de quibus penis, et bannis omnibus medietas sit camere aplice, et alia dc̃e artis. Rector quoq3 dc̃e artis teneatur ad penã decẽ librarũ, et iuramenti quolibet mense facere scutrinĩu tam ad ualcherias, q3 ad cameras pro predictis, ne aliqua fraus cõmittatur. Et siquam fraudem inuenerit cõmittere, uel facere contra formã p̃ntis statuti, denunciare teneatur dño Locumtenenti, uel Potestati, et sue curie, et credatur tali cũ iuramento, et dicto unius testis. Homines uerò dc̃e artis infra decem dies à die aperture p̃ntis statuti eorũ rectorẽ concordie eligere teneantur ad penã uigintiquinq3 solidorũ pro quolibet, et ipsi rectori debeat quilibet obedire, cui auctoritate p̃ntis statuti concedimus illam auctoritatẽ, baliã, et potestatem, quã habent alij rectores concordie artiũ terre Gualdi, dũmodo talis Rector continuè sit gualdensis. Et hoc capitulũ per terrã Gualdi in locis publicis, et consuetis de mense nouembris tribus uicibus diuersis diebus, et horis publicè banniatur, ut predicta ueniant ad notitiam omnium:.

## De pena illius qui se opposuerit familie dñi Lñtis uel Potestatis Rca · 105

Item statuimus, ad hoc ut status cõis terre Gualdi ualeat augumentari, et q̄ tribuatur unicuiq3 quod suũ est, quicumq3 casus euenerit, q̄ aliquis caperetur per familiã dñi Locumtenentis, uel potestatis, uel aliquem ipsorum, qui modo est, et pro tempore fuerit tam occasione communis, q3 specialiũ personarũ mandato dñi Locumtenentis, uel Potestatis, iudicis, uel uicarij, uel alterius ipsorũ, et aliqui, uel aliquis dc̃is famulis se opposuerit, siue opposuerint, et talis captus duci non posset per

eos occasione talis oppositionis, quod talis sicse opponens, siue opponentes, contradicens, seu contra=
dicentes famulis supradcis dni Intis, uel potestatis soluat camere aplice pro banno uice qualibet quin=
quaginta libras denariorũ, et teneatur de indemnitate camere; sed si captus fuerit ad petitionem
alterius specialis persone, talis opponens teneatur ad dictã penã, et de indemnitate illius, ad cuius
petitionẽ alterius captus extiterit, et pro quolibet opponente intelligatur; Et insuper puniatur sm
bannimentorũ formam in principio introitus officij dni Intis, uel potestatis faciendorũ secundũ con=
suetudinem hactenus obseruatam :.

## Qualiter deuastans stratas, uias et Pontes reficere teneatur Rca 106

Item statuimus, quod quicũq de Gualdo, uel eius districtu dirumpisset, seu deuastasset retroactis tem=
poribus, seu in futurũ rumpere, seu deuastare aliquã stratã publicã, siue uiã, aut pontẽ in quocũq
loco districtus Gualdi, talis deuastans stratã, uiam, et pontem reficere teneatur omnibus suis ex=
pensis, et restituere in pristinũ statum; Et si fieri nõ posset, taliter aptet, quod omnis homo possit
habere habilitatem suam ut ante, prout Rectores populi, aut maior pars ipsorũ dixerit et de=
clarauerit, scita ueritate, de dco uastatore, qui Rectores teneantur ad petitionem cuiuscumq
petentis predca executioni mandare pena decem librarũ pro quolibet, Et Potestas, et sui officia=
les ad requisitionẽ ipsorũ Rectorũ, uel maioris partis ipsorũ ad dictam penã, et uinculo iuramẽti
teneantur in predcis prestare auxilium, consilium, et fauorẽ, saluo quod stratã flamineã unicuiq
sit licitum deuastare, et destruere :.

## De pena clamantis, et uociferantis tempore tumultus Rca 107

Item statuimus quod quicũq de Gualdo, uel eius districtu, uel etiam aliunde tempore alicuius tu=
multus fci noctis tempore, quod deus auertat in Terra predca Gualdi clamauerit, si uiuat talis
pars, quocũq nomine appellaretur, siue nomina Rectorum, siue dicatur uiuat talis homo claman=
do, et uociferando, soluat camere aplice pro bãno uice qualibet centũ libras si erit Gualdensis

et si in fortiam curie peruenerit, et dictum bannum soluere nõ poterit amputetur sibi lingua ita q̄ de cetero non loquatur, Et si fuerit forensis capite puniatur, ita q̄ penitus moriatur si in fortiam curie, et officialium terre Gualdi peruenerit, et si capi nõ poterit de Gualdo, et eius districtu remaneat exbannitus :·

## De pena interficientis, uel capientis aliquem Gattum Rca 108

Item statuimus, q̄ quicumq; de Gualdo, uel etiã aliunde aliquẽ Gattũ, siue gattã interfecerit, seu ceperit, soluat camere aplice pro banno uice qualibet centũ solidos, cuius banni medietatem habeat accusator, et possit à quolibet accusari, et credatur dc̃o accusatoris cum uno teste, et habeatur pro plena probatione :·

## De instrumentis fictitie factis ——— Rca 109

Item statuimus, quod si aliquis de Gualdo, uel eius districtu alicui persone uendiderit, donauerit, uel quoquo modo alienauerit rem aliquã, et alienatione facta alienator huiusmodi uel eius heredes, seu procurator dixerit esse ... simulatã, ut petierit coràm officialibus terre Gualdi, rem predictam abeo, qui ius predictũ habuerit, uel suis heredibus restitui, et remicti, ac rescindi, et quietet, et remictat sibi omne ius, quod haberet in dc̃a re alienata ex dc̃a alienatione, Et q̄ reddat sibi instrumentũ uenditionis, uel alienationis, uel cuiuscumq; foret nature cassum, irritũ, et cancellatũ prout melius poterit, exponendo, uel asserendo coràm ipsis officialibus, uel altero ipsorũ ipsum instrumentũ fore fictitiũ, et simulatum, et non uerum, dñus Lñs, uel potestas, uel officiales ad petitionẽ illius alienatoris, uel sui procuratoris, uel suorũ heredum de predictis solenniter inquirat per quindecim bonos homines de gualdo eligendos per Rectores populi dc̃e terre, qui iurent super predictis dicere ueritatẽ, et examinentur, Et si per decem ex eis per famã publicã dictum instrumentũ fictitie probaretur factum, et conditum, cogatur per dnũm Locumtenentẽ, uel potestatẽ, uel eius officiales ille, cui dc̃a alienatio, uenditio, seu donatio facta fuisset, aut heredes ipsius

ipsi alienatori, uel donatori, uel uenditori huiusmodi, uel eius procuratori, uel heredibus ipsius, uel alicui pro eo reddere, et restituere rem predictam, et ius, quod haberet in ea occasione predicta et instrumentū cassū, et cancellatū prout conuenerit, cursu temporis nō obstante, si probatū rem ipsam possidere, Et hoc locum habeat in contractibus cuiuscūq; nature, Et predc̄a etiam locū habeat et peti possint à qualibet persona, que sua dixerit interesse, et similiter locū habeant in preteritis, presentibus, et futuris, et dn̄us Lr̄s, uel potestas predc̄a executioni mandare teneatur uinculo iuramenti, et ad penam quinquaginta librarū, in quibus condemnetur tempore sindicatus. Si uerò aliquis contractus reperitur factus ad obseruationē alicuius promissionis fc̄e inter aliquas partes, ille contractus remaneat in prouisione Rectorū populi, uel maioris partis ipsorū, utrum sit rescinderi, an ne, ex eo q̄ dc̄a probatio fieret, uel facta esset :·

## Quod Condemnationes ferantur quolibet mense Rca 110

Item statuimus, et ordinamus, q̄ condemnationes, et absolutiones super processibus initis, et factis in curia terre Gualdi quolibet mense terminentur per dn̄um locumtenentē, uel potestatē, iudicem, uel uicariū, Et si illo mense distulerint proferre, saltem de sequenti proximo mense proferantur, et ultra non possint prorogari, Et contra hoc statutū, potestas, iudex, uel uicarius non possint proponere, uel reformare. Qui uerò contrafecerit in uiginti quinq; libris condemnetur, et dn̄us Lr̄s, uel potestas, iudex, uel uicarius teneatur, et debeat omnes, et singulos criminales processus sui predecessoris quos pendentes inuenerit decidere, et terminare per sn̄tiam absolutionis, uel condēnationis infra triginta dies utiles incipien à principio sui regiminis incepti infra duos menses à die inchoationis processus debeat per sn̄tiam terminare, qui autē contrafecerit in uiginti quinq; libris denariorū debeat condemnari tempore sui sindicatus. Teneatur quoq; dn̄us Lr̄s, uel potestas, et sui officiales, ac et Notarius maleficiorū, et damnorū datorū, et

quilibet alius officialis terre Gualdi omnes, et singulas sententias, et condemnationes latas, et ferendas per ipsos, et quemlibet ipsorũ super quocũq processu, et quacũq causa tempore eorũ officij exequi diligenter, et realiter, et personaliter, ipsasq sententias, et condemnationes per ipsos, et quemlibet ipsorũ latas executioni mandare, et deueniri facere in camera, capiendo, cogendo, et detinendo principales, et condemnatos, et eorum fideiussores, et bona ipsorũ capien, et capi faciendo tàm mobilia, q immobilia ubicũq poterunt inueniri, ipsaq sic accepta uendi facere plus offerenti bannimentis, et subastationibus antemissis, et preciũ percipien ex predictis deueniat in camera usq ad integram satisfactionẽ ipsorũ, et cuiusq ipsorũ condemnatorũ, siue condemnationũ, Et si officiales predcti fuerint negligentes in exigendo predca ut dictũ est, de suo salario ipsã, uel ipsas sententias nõ executas camerario camere soluere debeat cũ effectu; Et predictis omnibus et singulis omissis, uel nõ seruatis per eos, uel alterũ ipsorũ sindicari debeant tempore eorũ sindicatus, et per sindicũ condemnentur.

## De pena adminantis cũ armis, et bastone Rca. 111

Item Statuimus, et ordinamus, q si quis adminauerit alicui causa ipsũ percutiendi, uel qualitercũq adminauerit cũ aliquo genere armorũ, uel cũ bastone, condemnet, et condemnari debeat per dnũm Locumtenentem, uel potestatẽ terre Gualdi pro quolibet, et uice qualibet in uiginti quinq libris denariorũ, si uerò adminauerit cũ bastone, condemnetur in decem libris denariorũ, et deueniant in camera, et quilibet possit accusare:.

## De pena proijcientis alicui lapides cũ manibus siue Gettulo Rca 112

Item Statuimus, et ordinamus, q quicũq proiecerit alicui lapidem, seu lapides aliquem, uel aliquos cũ manibus, siue gettulo, et aliquẽ percusserit, et sanguis exiuerit, si à spatulis supra soluat camere aplice pro banno uice qualibet quinquaginta libras denariorũ

si uero a spatulis infra, aut in spatulis, soluat dicte camere pro banno qualibet uice ui=
ginti quinque libras si percusserit cum sanguine; si uero percusserit sine sanguine soluat pro
banno uice qualibet decem libras denariorum, in quibus debeat condemnari per dominum Potes=
tatem, uel iudicem, uolentes ut de predictis non possit procedi aliquo modo nisi ad denunciam
et accusam iniuriati, et offensi. Et si lapides plures proiecerit contra aliquem, proijciens pro quo=
libet lapide in uiginti solidis uice qualibet condemnetur:·

## De pena comittentium maleficia in Ciuitate Assisij, et eius districtu Rubrica 113

Item statuimus, et ordinamus, quod nullus de Gualdo, uel eius districtu audeat, uel presumat comittere
facere, uel quomolibet perpetrare aliquod maleficium, iniuriam, uel excessum contra aliquam personam
in ciuitate Assisij, uel eius districtu in festo sancte Marie Angelorum, uel ante, uel post dictum festum
per tres dies, Et si quis contrafecerit per dominum Locumtenentem, uel Potestatem, et curiam Terre
Gualdi condemnetur, et puniatur ut si dictum maleficium, iniuriam, uel excessum comisisset in
Terra Gualdi, et eius districtu, Et ad predicta probanda sufficiat probatio, que fieret coram
curia, et officialibus comunis Assisij, uel saltem probatio unius testis de uisu cum publica uoce, et
fama. Et hoc capitulum per Terram Gualdi in locis consuetis publice banniatur ad hoc ut
in dicto capitulo sint omnibus manifesta:·

## Quod Potestas non possit procedere de aliquo maleficio comisso per sex menses ultra ante medium sui officij, nisi in certis casibus Rubrica 114

Item statuimus, et ordinamus, quod potestas terre Gualdi, nec eius Iudex, nec aliquis alius
officialis terre Gualdi possit, nec debeat procedere per inquisitionem ex eorum officio, uel

76v

alio modo contra aliquā personam, nec possit aliquis aliquem denunciare, uel accusare de aliquo maleficio facto, uel commisso per aliquē per sex menses ante initiū sui regiminis, et ultra, nec ipsā accusationē, seu denunciationē accipere, uel admittere pena centū librarū denariorū tam in inquirendo, q etiā in accipiendo dictam denunciationem, uel accusationem Et nihilominus ipsa inquisitio, accusatio, uel denunciatio, seu processus nō ualeat ipso iure, exceptis combustione, uel arsiccimine, uindemiatione uinearū, et ipsarū incisione, fractura domorum, homicidio, periurio, falsitate, adulterio, stupro, incestu, raptu, furto, uiolentia, sodomia, falsa moneta, et alijs delictis, que secreto fuerint reterta, cōmictentibus, uel cōmicti facientibus aliquod maleficiū precio per assassinium, uel contra aliquē precio aliquod maleficiū committeretur, uel assassiniū, uel proditio terre Gualdi, et robbaria, et caualcata, de quibus maleficijs contra quoscūq Potās dce Terre, et eius Judex quotiescūq et semper pocedere possint tam ex eorū officio, q etiā ad denunciationem, uel accusationem alicuius, uel aliquorum, et quilibet accusare possit de predictis maleficijs, ullo cursu temporis, uel aliqua prescriptione non obstantibus:· Finis.

# Liber de extraordinarijs

## De Habentibus exetras in muro cum aliquo vicino R.ca 1

Item statuimus, et ordinamus, q quecumq persona habet exetras, seu usciolu, uadum, uarcu, uel muru ruptum in muro comunali cu aliquo socio, teneatur remurare ad petitione sui socij, et si nollet remurare, q dcus socius possit, et debeat, et sibi liceat ad sua petitione remurare.

## Quod fabri de Gualdo habeant ad ferrandu oportuna R.ca 2

Item statuimus, quod omnes fabri de Gualdo, qui consueuerunt artem ferrarie facere, teneantur, et debeant taliter operari, quod continuatis temporibus habeant penes se omnia, et singula ferramenta necessaria, et oportuna ad ferrandu, ita q quicuq uoluerit aliqua animalia ferrare, ipsa ferrari possit pena centu solidoru pro quolibet fabro, et qualibet uice, cuius banni medietate habeat accusator. Et similiter quilibet tabernarius panem, et uinum uendens in strata cois Gualdi, semper habere debeat res paratas, necessarias, et oportunas, ita q quando peteretur à transeuntibus, quilibet habeat, et uendere possit pro precio competenti, Contra uerò faciens in uiginti solidis uice qualibet condemnetur. Et q Potestas, qui pro tempore fuerit in principio sui regiminis dictum capitulu in placea cois teneatur facere banniri, et contenta in eo quolibet mense inquirere, et repertos culpabiles punire, et condemnare sm forma statutoru; Et si dcus Potestas in predictis, uel aliquo predictoru fuerit negligens, in uiginti quinq libris condemnetur tempore sindicatus.

## Quod liceat scolaribus portare necessaria pro studio R.ca 3

Item statuimus, q sit licitu scolaribus de Gualdo, et eius districtu, qui iuerint ad studendum extra Terra Gualdi portare, et portari facere ad locu ubi studebunt pane, uinu, carnes, et farina tantu quod sibi, uel eis bene sufficiat pro eoru uictu libere sine pena et banno, semper in

77v

consciencia, et licentia dominorum interveniente, et habita

## Quod nullus molestet Calzolarios in eorũ Casaleno R.ca 4

Item statuimus, quod casalenũ olim datũ calzolarijs in burgo novo porte sancti martini sicut eis fuit datum habeant, et teneant, et nullus eos vexare debeat in eodem, et in ipso calcinaria habeant pro concimine faciendo, et nõ alibi intus dictam terrã Gualdi, et si alibi habuerint in decem libris vice qualibet condemnentur.

## Quod bona Hospitaliũ non concedantur alicui R.ca 5

Item ordinamus, q̃ bona Hospitalis caritatis, quod est extra portã sancti Benedci, nec aliquod de alijs, vel ex alijs Hospitalibus terre Gualdi, vel eius districtus, nec etiam bona alicuius eorũ concedantur alicui directe, vel per obliquũ modo aliquo, qui nõ sit gualdensis, vel qui nõ possit cogi per curiam Gualdi, vel pater eius nõ fuerit oriundus de dc̃a Terra Gualdi, et si aliqua alicui data sunt, seu data essent forma predicta nõ servata, repetantur:.

## Qualr̃ leprosi de sc̃o lazaro habeant aquam R.ca 6

Item ordinamus, quod Leprosi morantes in hospitale s.ti lazzari de flamenga teneantur vinculo iuramenti duci facere, et trahi aquam de cannella ipsorũ intra claustrum ipsius hospitalis ad hoc ut transeuntes per stratã non inveniant ipsos leprosos iuxta cãnellã predictam, quod si nõ fecerint, quilibet ipsorũ puniatur in decem libris, et nullus leprosus, seu leprosi audeant intrare in aliquã vineam dc̃i Hospitalis sancti lazari tempore quo uve erunt in dc̃a vinea, nec aliquo tempore cellariũ ipsorũ, contra verò faciens in centũ solidis vice qualibet condemnetur:.

## Qualiter Claves Cippi Cõmunis conserventur R.ca 7

Item statuimus, q̃ claves cippi cõis teneantur, et serventur hoc modo videlicet, q̃ unã habeant fratres minores, aliam rectores, et aliam Massarius cõis, et Potestas omnia contenta in hoc capitulo faciat

obseruari pena quinquaginta librarũ, et nulla Clauis dc̃i cippi teneri possit aliterq̃ per nominatos et qui contra fecerit soluat camere pro banno uice qualibet decem libras:·

## De uolentibus edificare propè uias R^{ca} 8

Item statuimus quicunq; uoluerit edificare propè uias aliquas publicas cõis Gualdi, debeat requirere Potestatem, uel curiam Gualdi ad predc̃a, qui Potestas, seu iudex immediate mittere debeat ex duobus rectoribus artium per alios eligendos, qui uocentur Viales, et aliquibus ex proximioribus conuicinis, et mensurare dictam uiam debeant, et ita facere, q ipsa uia in aliquo nõ ledatur, nec in preiudiciũ cõis, uel specialium personarũ apprehendatur. Qui uerò contra fecerit in edificañ preterq̃ ut dictum est, in centum solidis uice qualibet condemnetur, et quicquid de uia ceperit, uel in ea edificauerit debeat remouere, et in statum pristinum reducere:·

## Quod iudei de Gualdo mutuent certam quantitatẽ, et quantum accipiant per libram R^{ca} 9

Item statuimus uolentes q Iudei morantes in terra Gualdi teneantur, et debeant mutuarẽ cõi Gualdi gratis ad petitionem dnorum Rectorũ populi dc̃e terre, decem ducatos auri pro qualibet familia semel in anno, dũmodo quando fuerit ipsa familia, seu familie requisite, et non grauentur ultra, donec mutuata pecunia, et quantitas predc̃a eis nõ fuerit restituta, Teneantur etiam soluere dc̃o cõi collectam pro uiginti libris, ultra possessiones, quas habẽt Teneantur autem cuilibet Gualdensi, uel in ipsa terra moranti mutuare ad rationẽ octo denariorũ pro qualibet libra, et ultra nõ accipiant, uel accipere possint ullo modo pena duodecim denariorũ pro quolibet denario accepto, preter dictam formã, et credatur sacramento dantis, uel de predictis conquerentis, que pena per officiales Gualdi, qui de hoc fuerint requisiti auferatur, cuius pena medietas sit accusatoris, seu cõquerentis, et alia camerę:·

## Additio R.mi Dni Cardinalis de Monte

Vt usurarum uoragini succurratur, et ne pauperes improbo fenore spolientur V. R.ma D. capitula hebreorum presentium, et futurorum aliquantulum compescendo decernat, ne pro mutuo sine pignore prout dicti hebrei hactenus consueuerunt exigant duos bononenos singulis mensibus pro floreno, sed à gualdensibus exigant quantum exigerent si cum pignore fenori darent. Item ne plusquam in ueritate dederint, faciant in instrumento conscribi, Item ne usurarum usuras exigere presumant, Item ne circa meritum, et usuram hebreis persoluendam mensis ceptus habeatur pro impleto, sed usura pro rata temporis persoluatur, ne tamen dicti hebrei nimium aterrantur de preuaricationibus per ipsos factis per certam exactionem usurarum ratio nullatenus exigatur, si uerò in futurum circa premissa, uel aliquod premissorum dicti hebrei fraudem committere fuerint deprehensi, decem aureorum pena uice qualibet puniantur. Placet. A.

Item quod pignora perdita gualdensium teneantur iidem hebrei publico bannimento in terra Gualdi uendere plus offerenti, et facere debeant pro uenditione dictorum pignorum tria bannimenta tribus diebus festiuis, Et ne circa precium fraus aliqua committatur, debeant uenditioni pignorum adesse duo uiri, per Priores pro tempore existentes deputandi. Si uerò factis tribus bannimentis pignora uendi non poterunt, possint dicti hebrei extra districtum Gualdi ubi uoluerint dicta pignora distrahere, et detracta sorte principali, et usura eis soluenda, residuum dominis pignorum restituere teneantur: Placet. A.

## Quod nullus edificet propè Muros, uel Portas R.ca 10

Item ordinamus, quod nemini liceat edificare, uel murare domos, uel aliud edificium facere extra et prope muros, et portas terre Gualdi infra spatium, et propè ipsas portas, et muros quinquaginta cannarum ad rationem decem pedum ad pedem mensure communis Gualdi, uel maioris altitudinis quinque pedum ad penam centum librarum, et destructionis rei edificate contra dictam formam, et quilibet possit accusare, et dimidiam partem habeat accusator, Et nullus proiiciat, uel proiici faciat aliquas bestias mortuas, seu alias turpitudines facere

propè dcās portas per spaciū decem cannarū pena centū solidorū pro quolibe, et qualibet uice contra factum fuerit:·

## De Ensenio portando extra Gualdum. R^ca. 11

Item statuimus, ꝙ quicūq; de Gualdo uoluerit alicui suo amico extra Gualdum aliquod Enseniū pullorū, uel aliarū verum ualoris usq; in quantitatem quadraginta solidorū, mittere, uel portare libere possit, et etiam de fori emere possit, dūmodo quantitatē predictam estimatio nō excedat, et si ultra escederet, uel extraheret, puniatur sicut de extrahentibus grassiā uetitā, et dictum Enseniū portare possit cū licentia Rectorū populi, qui pro tempore fuerint, que licentia sit scripta, et sigillo Rectorū sigillata, et iuret ꝙ pro ensenio uult, et presentabit, uel faciet presentare:·

## Quod nullus teneatur facere ligna Potestati R^ca 12

Item statuimus, ꝙ potestas, siue alius officialis Gualdi nō possit, nec debeat cogere aliquem ad faciendum, seu ad portandū ligna, paleas, siue ferū, nec ad facien eis aliquid in domo durante suo officio, Contra uerò faciens in quinquaginta libris denariorū uice qualibet condemnetur tempore sindicatus, et tantumdem quicūq; habitans in terra Gualdi, uel eius districtu aliquid ex domo, uel aliquid ex predictis sibi potestati, uel suis officialibus fecerit, uel dederit quoquomodo simili modo puniatur, cuius pene dimidiā habeat accusator, et possit à quolibet accusari:·

## Quod Rector Hospitalis possit permutare R^ca. 13

Item statuimus ꝙ pro utilitate Hospitalis porte sancti facundini terre Gualdi, et aliorū Hospitalīū dcē terre, et pro euidenti utilitate ipsius primo cognita, quod sit dictum duorū, uel plurium ex uicinis, Rector ipsius hospitalis uoluerit cum aliquo, uel aliquibus aliquam

vem, uel res permutare pro melioramento, et utilitate ipsius Hospitalis possit permutare et cambiare libere si de uoluntate Rectorū populi, uel maioris partis ipsorū processerit, qui de dcā utilitate, et melioramento inquirere debeant, et constito eis de ueritate, licentiam faciendi predcā dare, et concedere debeant pro utilitate dci Hospitalis:.

## De fimo stabule Potestatis dando fratribus Rca 14

Item statuimus uolentes q amore Dei fimus stabule Potestatis, qui in ipsa fit, et fieret sit fratrū sancti Augustini, et fratrum minorū sancti Francisci equis portionibus pro eoꝝ hortis, quem portare facere possint ad eorū terminum, uoluntatem, et petitionem:.

## De custodibus ponendis in festo Scē Marie Angelorū Rca. 15

Item statuimus, et ordinamus, q Potestas, Iudex, siue uicarius, qui pro tempore fuerit, teneatur uinculo iuramenti ponere, seu poni facere per Rectores populi, qui pro tempore fuerint expensis cōis duobus diebus ante festū sancte Marie Angelorum, et in die dci festi, postq dictum festum una die hos custodes, uidelicet in ualle surda quatuor, in parrocchia sancti sauini duos, et sex in uilla morani, et custodire ita, et taliter dcā loca, q transeuntibus ad dictum festū damnū, uel periculum aliquod ab aliquo, uel aliquibus nullatenus fieri possit, Et si potestas, iudex uel uicarius fuerint negligentes in predictis, in uiginti quinq libris denariorū condemnetur tempore sindicatus, si uerò Rectores populi, in decem libris pro quolibet condemnetur

## Quod cuilibet sit licitum rancare in ualmare Rca. 16

Item statuimus q cuilibet de Gualdo, et eius districtu sit licitum, et possit rancare, et laborare et dissodare in contrata de ualmare, Montis Maggij, silue clauellis, et in plano de ualsurda et lenare in uocabulo collis troscie, uidelicet ab Hospitali ad trosciam, et quicumq rancauerit habeat libere in perpetuū terram, quam rancauerit uigore presentis statuti, et à communi ū

ginti solidos pro quolibet modiolo ab ipso rancato. Et massarius cõis teneatur soluere d
quantitatẽ sine approbatione, et rectores populi, qui pro tempore fuerint de mensibus maij,
et iunij, Julij, et augusti durante pñti statuto teneantur pena decem florenorũ pro quolibet
Rectore expensis cõis facere rancare in plano uallis surde saltem quinq; staria

## Quod Notarius damnorũ datorũ obseruet statuta illesa Rca. 17

Item statuimus, quod Notarius damnorũ datorũ, et quilibet alius officialis super damnis datis
teneatur, et debeat uinculo sacramenti, et pena decem librarũ obseruare illesa, et executioni man=
dare omnia, et singula capitula, et ordinamenta damnorũ datorũ, in quibus condemnetur si con=
trafecerit tempore sindicatus; Et qđ Notarius damnorũ datorũ uinculo sacramenti, et pena ui=
ginti quinq; librarũ teneatur, et debeat omnes accusationes, et denunciationes coram ipso porri
gendas per speciales personas, et inquisitiones factas per ipsum ad petitionem, et denunciationẽ
alicuius specialis persone ponere, et mittere in quinterno extensas, et excusationes, et responsiones
et de omnibus actis parti copiam exhibere; Inhibemus autem ipsi Notario, qđ ipse notarius nõ
possit fieri facere fenum in montibus cõis, nec ligna, nec etiam aliquod enseniũ recipere publicè
uel priuatè ad penam decem librarũ, et enserians, siue ensenator simili modo condemnetur, et
liceat cuilibet accusare, et credatur sacramento accusatoris cũ uno teste fide digno; dictusq;
Notarius teneatur facere aptare ubi necesse fuerit stratã publicã qua itur Perusiam à porta
Sancti Benedicti usq; ad Ecclesiam Ste Crucis, et idem dicimus de alijs stratis cõis, Et quolibet die
Sabbati ante tertiam per terrã Gualdi publicè preconizari facere qđ quilibet dcõ die faciat et de=
beat disgomborare ante domũ suam, siue camerã de omni ingommorimine, et contra faciens in
quinq; solidis debeat condemnari, et minus arbitrio dci officialis, que pena possit auferri de fcõ.
Volentes qđ quicunq; fuerit, uel erit notarius damnorũ datorũ nõ possit ad dictũ officiũ refirmari
nec de nouo eligi à die depositionis sui officij ad quinq; annos proximè sequuturos, et

si quis contra dictam formã fuerit electus, sua electio nõ ualeat ipso iure, et notarius damnorum
qui pro tempore fuerit durante suo officio si uellet à dc̃a terra Gualdi, et eius districtu quomodo
libet se absentare pro suis peragendis negocijs, uel alio quouis quesito colore non possit nisi
de uoluntate rectorum populi, uel maioris partis ipsorũ processerit, et si dc̃a licentia eidem No=
tario concederetur, supradc̃o modo de ipsius absentia, et quanto tempore, debeat apparere manu
Cancellarij dicti cõis qui pro tempore fuerit tam de die qua se absentauerit à dc̃a terra, et eius dis=
trictu, q etiam de die, qua ad dictam terrã rediuerit, et pro tempore, quo steterit in stan=
do, eundo, et redeundo, eidem Notario excomputari debeat per Cancellariũ cõis, qui pro
tempore fuerit de salario ipsi Notario debito pro rata pro tempore sue absentie, et
aliter nisi de predictis modo, et forma se absentare non possit, nec ualeat ullo modo.
Et si in predictis contrafecerit, dc̃us notarius perdat de suo salario uice qualibet uigin=
tiquinq libras denariorũ, in quibus debeat condemnari tempore sindicatus per assessorẽ
communis, et deueniat in Camera; Et predc̃i rectores, qui pro tempore fuerint teneantur, et
debeant uinculo iuramenti, et pena decem librarũ pro quolibet, in quibus condemnẽtur
per assessorem dc̃i communis obseruare predicta. Et idem dicimus, et mandamus obser=
uari per Notarium reformationũ dc̃e terre Gualdi omnia, et singula supradc̃a modo,
et forma superius declaratis ad bannũ, et expensas, in quibus si contra fecerint, tene=
antur notarius damnorũ datorũ, predc̃us Massarius, ac etiam Rectores

## Quod termini fc̃i iuxta stratas nouas stent firmi, et de pena ipsos destruen

## Rca. 18

Item statuimus, q omnes, et singuli termini olim fc̃i, et edificati iuxta stratas nouas cõis
factas tempore Contuli rainerij olim potestatis terre Gualdi manuteneantur, et teneantur
illesi in quolibet loco, ubi facti, et edificati fuerunt. Et si aliquis dictorũ terminorũ ele=
uatus, destructus, uel deuastatus fuerit, in eodem loco refici debeat expensis parrochie
in qua est ipse terminus deuastatus, et nullus de Gualdo, et eius districtu, nec etiam

30×40

aliunde audeat, uel presumat dc̄os terminos, uel aliquē ipsorū destruere, nec aliquo modo ledere, et qui contrafecerit. soluat camere ap̄lice pro banno uice qualibet uiginti quinq̃ libras et de his Notarius damnorū datorū inquirere teneatur, et dc̄os terminos uidere quolibet mēse semel.

## De pena exterminantiū terminos missos inter Cōmune Gualdi, et coē Nucerie Rca. 19

Item statuimus, et p̄nti lege precipimus, q̄ nullus sit tante temeritatis, et audacie, q̄ terminos missos inter commune Gualdi, et commune Nucerie in confinibus, et districtu, ac Territorijs terrarū predictarū, exterminare; Qui autem contrafecerit in mille libris denariorū puniatur, cùm termini s͠m iura sint propter iurgia terminan̄, et cùm ob destructionem predictam non modicum inter dc̄a cōmunia iurgiū, et litigiū reuocaretur:·

## Quod fiat sindicus ad reuiden̄ posses. et tenutas Cōmunis Rca 20

Item statuimus, q̄ in principio regiminis Potestatis infra octo dies in consilio generali fiat quidam sindicus pro coē, qui teneatur, et debeat requirere, et reaccipere pro cōmune, et nomine ipsius cois possessiones, et tenutas bonorū terrarꝫ cois positas in contrata uallis surde, et ipsas terminare, et diffinire ab eis hominibus possession̄ sancti Benedicti, et Specialiū personarū, et predicta tenuta terminata per eum reduci debeat in scriptis hoc modo, ut possessiones cois semper ab alijs sciri possint, Et hoc potestas fieri faciat pena decem librarū denariorū auferen̄ ab ipso tempore sindicatus:·

## Quod strate à platea ad Portas matonentur Rca 21

Itē statuimus q̄ uia, seu strata, qua itur à platea ad portā sancti facundini, et quelibet alia uia, seu strata, qua itur à platea ad alias portas terre Gualdi matonentur expensis uicinorū circumstantiū pro duabus partibus, et expensis cois pro tertia

parte, de bonis Matronibus, Et ad predca fieri facienda de qualibet porta eligatur unus bonus homo per Rectores artium, qui sint suprastantes quilibet in sua parte Et ad predca Potestas predictis suprastantibus prebeat auxilium, consilium, et fauorem, et si negligens fuerit in uiginti quinqз libris condemnetur per assessorem co͂munis tempore sindicatus

Quod nulla uia, qua itur ad aliqué foncé mutari possit Rca 22

Item statuimus, quod nulla uia, qua itur ad aliquem fontem mutari possit sine licentia Potestatis, uel maioris partis dnorum Rectorum populi, et sine licentia maioris partis uicinorũ. Et siqua uia, uel semita, qua itur ad aliquem fontem à quinqз annis citra mutata fuerit in totum, uel in partem, uel in aliquo impedita ad locum antiquum et consuetum, et in statũ pristinum reducatur ad petitionem cuiuslibet petentis de ipsa contrata infra decem dies post ipsam petitionem, et requisitionem, Et si Potestas fieri non fecerit, in quinquaginta libris condemnetur; Et nihilominus sit licitum cuilibet persone ire et redire per ipsam semitã antiquam per locum minus damnosũ sine pena et damno, aliquo statuto, reformatione, et ordinamento in contrariũ loquentibus non obstantibus, Et nunquid sit locus minus damnosus, stetur sacramento talis euntis, et redeuntis ad dictum fontem siue fontes corporaliter tactis scripturis sine aliqua alia probatione

Quod credatur libro mercatoris usqз in quadraginta solidos Rca 23

Item statuimus, quod cuilibet scripture reperte in libro alicuius mercatoris de Gualdo iurati in arte ipsorum mercatorũ usqз in quantitatem quadraginta solidorũ, fides plenaria adhibeatur, et ipsa scriptura executioni demandetur, ut esset manu publici notarij scripta, que scripta, siue liber produci non possit in curia Gualdi contra aliquem sine expressa licentia, et uoluntate Rectorum, uel maioris partis mercatorũ, Et hoc statutũ Potestas, et alij officiales

Gualdi faciant obseruari uinculo iuramenti, et similiter credatur libro Aromatariorũ, et aliorum artificũ usq; in supradictã quantitatẽ quadraginta solidorũ, qui sciuerit scribere, et scripserit manu propria.

## Quod nullus deriuet aquam Porte sc̃i facundini R.ca 24

Item statuimus, q nullus audeat deuiare aquã fontis porte S.ti facundini per uiam aliquam immo dimittat libere ire, et fluere per fossatum cõis ad penam uiginti solidorũ, de quo banno dimidiã habeat accusator, et sibi credatur cũ uno teste

## Quod qui habet edificiũ supra domũ alterius debeat leuare R.ca 25

Item statuimus, q quicũq; habet aliquod edificiũ supra domũ alicuius, ipsũ leuare debeat, nisi ipsum edificium iuridicè teneat, uel iure seruitutis, uel alio iure ad petitionẽ petentis infra terminum assignañ per illũ, cuius fuerit dc̃a domus supra quam esset, ad penam centum solidorum, in quibus condemnetur, et dimidiã habeat accusator.

## De habentibus fossatũ impediens rem alterius R.ca 26

Item statuimus, q quicũq; laborauerit rem suam, uel alicuius persone, uel collegij, siue loci, que terra habet fossatum in aliqua parte, quod fossatũ appareat impeditũ, uel in damnũ redundaret aliquibus personis, uel possessioni alicuius, uel aliquorũ, ipse cuius fuerit ipsa terra, conductor, siue laborator, non obstante q res fuerit sua, teneatur ipsum fossatũ tenere bene apertum, et remundatũ ad petitionem hoc petentis, et ipsum semel, et pluries quotiescũq; per aliquem fuerit postulatum, ita q dictum fossatũ nulli faciat impedimentũ, seu grauamen, seu possessionibus aliquorũ, et si contrafecerit talis laborator, seu cuius fuerit talis possessio, uel conductor, postq; sibi contradictũ fuerit, q dictum fossatũ debeat apertũ tenere, et remundare, in quadraginta solidis uice qualibet condemnetur, cuius banni dimidiam habeat accusator, et nihilominus teneatur talem damnificatũ occasione

predc͡a conseruare indemnem. secundum estimationē duorū uicinorū eligendorū per partes et cogantur eligere ad petitionē partis petentis summarie.

Quod nullus ponat ingomborimen, uel bestias mortuas in Vijs, uel foueis Co͡is Rca 27

Item Statuimus, quod nemo presumat ponere, proijcere, uel proijci facere aliquod ingomborimen, siue aliquam bestiam mortuā in foueis co͡is, uel stratis publicis terre Gualdi, contra faciens imponendo ingomborimen in uiginti solidis, et in proijciendo aliquā bestiam mortuam, quam nō subterrauerit, uice qualibet condemnetur in quadraginta solidis, de quibus bannis dimidiam habeat accusator, et liceat cuilibet accusare, et nullus audeat, uel presumat in eius camera retinere Coria bestiarū, que non sint scoriata, et concia à calendis Maij usq ad calendas mensis Octobris proximè uenturi durante statuto predc͡o à calendis in calendas dictorū mensiū ad hoc ut transeuntes propè dictas cameras ex ipsis corijs, et scotanatis fetorem nullū recipiant, ac etiam lesionem; Et siquis contrafecerit in predictis, in uiginti solidis pro quolibet, et qualibet uice condemnetur:

Quod uinū nō uendatur ad tabernam in die Veneris s͡ci. Rca. 28

Item statuimus, q͡ nemo in Gualdo, uel eius districtu aliquo die ueneris sancti, tota die possit tenere apertam aliquam tabernam, nec uinum uendere alicui pena uiginti solidorum pro qualibet uice, et hoc capitulum banniatur:.

Quod nō cogatur fideiussor, si inueniretur principalis Rca. 29

Item Statuimus, q͡ nullus fideiussor obligatus pro aliquo alicui creditori, uel in camera pro aliquo maleficio in ciuili, uel criminali, donec inuenitur, et haberi pōt principalis, uel de suis bonis ualentibus quantitatem, pro quasfideiussor obligatus est, cogi possit per aliquem officialem Gualdi personaliter, uel realiter aliquo modo; Et hoc capitulum, et contenta in eo, Potestas, et alij officiales Gualdi teneantur, et debeant obseruare uinculo sacramenti, et pena uiginti

quinq; librarum pro quolibet, et qualibet uice, qua contra fecerint, in quibus cōdemnet' tempore sindicatus.

## Qualiter Apes colligi debeant de re alterius Rca. 30

Item statuimus, quod quando Apes alicuius sciamenabunt, et dominus, uel alius de familia dn̄i
cuius Apes fuerint sequatur ipsos apes, et ipsi apes in pn̄tia ipsius dn̄i, uel alicuius de sua fa=
milia in possessionibus alicuius se ponerent in arbore, seu alia re, quod ipsis, qui sequunt'
ipsos apes liceat colligere libere sine pena, et secum asportare absq; contradictione illius,
cuius fuerit possessio, dummodo si damnū aliquod dederint in ipsa possne teneantur dn̄o
ipsius possnis emendare cōi estimatione, quod si dn̄s rei contradixerit, q nō recolligantur,
in centum solidis pro dimidia camere aplice, et dn̄o apium pro alia dimidia uice qualibet
condemnetur.

## Quod nullus ponat letamen iuxta fontes, uel aqueductum Rca. 31

Item statuimus, q nullus de Gualdo, uel eius districtu audeat ponere, uel poni facere, uel te=
nere fimum, uel aliquam turpitudinem iuxta aliquem fontem, uel aqueductum communis
in Terra Gualdi, uel eius districtu per uiginti quinq; cannarum spatiū, et si quis occupa=
uerit, uel de terreno, seu cortina alicuius fontis extraxerit, seu extrahet in futurū aliquē
terminum per aliquos immissū pro cortina diffinit; alicuius fontis, in decem libris uice
qualibet condemnetur, et quilibet possit accusare, et dimidiam banni habeat accusator.
Et notarius damnorū datorū, et notarius maleficiorū de predictis inquisitionē facere
teneantur uinculo iuramenti; Viarijq; cuiuslibet parrocchie, in qua predca, uel aliquod
predictorū commissum fuerit, teneantur ad petitionē cuiuslibet petentis de conscientia ma
ioris partis adiacentium declarabiliter ipsam occupationē reacquirere, et terminare, et
terminari facere ut fuerit facien pena uiginti solidorū pro quolibet, et uice qualibet.

Quod Procurator non possit uendere R<sup>ca</sup>. 32

Item statuimus, quod quicumque fuerit procurator generalis, uel erit alicuius persone cum libera administratione, et mandato, uel etiam ad uenden res, et latera rei uendite, uel donate, uel alio modo alienate, quod propter dictam generalitatem uenditio facta, uel fienda, uel donatio, seu alienatio continen procuratorem nõ preiudicet in aliquo; Et siquis procurator, uel sindicus fraudem cõmiserit in suo officio, et ipsius fraudis nõ esset pena terminata in statuto, subiaceat pene per maiorẽ partem Rectorũ populi declarande, et similiter stetur declarationi Rectorũ populi de fraude cõmissa per dictum procuratorẽ, uel sindicũ ueritate exquisita, ut eis uidebitur.

De scripturis utilibus pro Cõe exemplan R<sup>ca</sup>. 33

Item statuimus, quod per Rectores populi ponantur duo boni homines sapientes, et discreti, qui cognoscant, et uideant omnes scripturas cõis necessarias, ac utiles, et ipsas copiari faciant, et reponi ubi Rectoribus populi uidebitur.

De Vindemijs faciendis R<sup>ca</sup> 34

Item statuimus, uolentes, et presenti lege decernentes, quod cuilibet habenti uineam, uel uineas in districtu Gualdi à Strata flaminea supra uersus Gualdũ liceat, et possit uindemiare eam, uel eas octo diebus ante, ceterisque habentibus uineã ultra Stratã predictã in quocumque loco in dcõ districtu liceat uindemiare post dcõs octo dies; Et quod Rectores Populi dicte terre unà cum Consilio gnrali, et quattuor hominibus extrinsecis eligendis per ipsos, duobus uersus Gaifanam, unus ipsorum sit supra stratam predictam, et unus ultra dictam stratã, et duobus similiter uersus sanctum Peregrinũ, qui teneantur, et debeant in tertia hebdomoda cuiuslibet mensis septembris totius temporis prntis Statuti declarare tempus uindemie antedcẽ ad penam dcis Rectoribus decem florenorũ pro quolibet, in quibus si negligentes fuerint

condemnentur tempore Sindicatus; Et facta d'ca declaratione, banniatur, ut omnibus sit manifestum, et declaratu, et nullus audeat, uel presumat quouis modo uindemiare ante dictum tempus sic in Cons.o declarat ad penam decem librarū auferendarū cuilibet contra facienti, et quilibet possit accusare, et dimidiā partē banni habeat accusator:·

Quod liceat parentibus uerberare filios, et Marito Vxorem R.ca 35

Item statuimus ad hoc ut iniqui iuuenes modo debito corrigantur, q liceat, et licitum sit patri, matri, fratri carnali consobrino nato ex quocūq parente, auo, auia, uel uiro uxorem castigare, corrigere, et uerberare cū manibus, et bastonibus, et uirgis de ligno fratres, sorores, nepotes, et Vxores, dummodo castigatio, et correctio uerberantis fiat sine sanguinis effusione, libere, et sine pena.

Quod nullus possit renunciare Arti, de qua est. R.ca 36

Item statuimus, q nullus artifex terre Gualdi, uel eius districtus scriptus in breue alicuius artis audeat, uel presumat renunciare arti, beneficio, siue honori artis, in qua scriptus est, et si renunciaret, faciat coram Potestate, iudice, uel Vicario, qui pro tempore fuerit, et de renunciatione pred'ca sic facienda debeat apparere publica scriptura manu Notarij illius artis, cui renunciare uoluerit; Et f'ca renunciatione pred'ca ipsam artem nō possit talis renuncians exercere, et si dictam artem exerceret publicè, uel priuatè, in centū solidis uice qualibet condemnetur, cuius banni medietas sit Camere ap'lice, et alia d'ce artis. Et si aliquis artifex fuerit electus in Rectorē sue artis post ipsam electionē, et durante suo officio, dicte arti renunciare non possit.

Contra facientes turpitudinē propè Ecclesiā sci Bernardi, et alias Ecc.gas Rca 37

Item statuimus, quod nulla persona cuiuscumq; conditionis existat, audeat, uel presumat aliquam immunditiam, seu turpitudinē facere, nec proijcere aliquod ingomborimen iuxta, et propè Ecclesiam sancti Bernardi, et alias Ecclesias, et Palatium Rectorū populi terre Gualdi per sex perticas, Et qui contra fecerit in predictis, in uiginti solidis denariorū uice qualibet condemnetur, et cuilibet liceat accusare, et banni dimidiam habeat accusator, Et hoc capitulum, et contenta in eo banniantur publice in porta S.ti Facundini, et per Terram Gualdi propè ipsas Ecclesias ad petitionē habentiū curam Ecclesiarum supradictarum:·

Quod aptetur quedā uia in parr.a Pastine Rca 38

Item statuimus, q quedam uia, que est in parochia pastine in uocabulo ghinardi aptetur expensis adiacentium dicte uie, et per Rectores populi ad petitionē cuiuslibet petentis eligantur duo homines ad dcām uiā aptari facien prout eis uidebitur conuenire:·

Quod habentes fornaces intus Terram ad coquenda uasa, totaliter teneant q alicui damnum non inferant Rca 39

Item statuimus, quod quicumq; habet aliquam fornacem, in qua uasa coquantur intus terrā Gualdi teneantur taliter custodire, q cū igne damnum alicui nō inferret ullo modo, et ex igne fornacis alicui persone aliquod damnū inferretur, talis coquens ipsi persone omne damnū, quod receperit, de suo proprio emendare teneatur sm estimationem, quā facient duo ex uicinis proximioribus, Et contenta in hoc capitulo ad petitionē cuiuscumq; petentis publicè banniatur:·

Quod landrones in stratis publicis claudantur Rca. 40

Item uolumus, et ordinamus, quod quicumq; habet aliquem landronem propriū, uel cōmunem cū aliquo conuicino, uersatoriū, unde aqua, putredo, siue immunditia exeat in stratis publicis, et regalibus Terre Gualdi euntibus ad quamlibet portā dce Terre, ad plateam cōis, teneatur, et debeat ipsum landronem, uersatoriū, siue sciacquatoriū remundare uiuo muro ad arenā, et calcinam

de bonis lapidibus fundato subtus terrã per duos pedes ad pedem hominis, et remuratũ, et
clausum teneat ita, et taliter, qđ aqua, turpitudo, fetor, uel immunditia aliqua in stratis ullo
modo exeat, et murus talis clausurus ad pedem hominis sit, et esse debeat ad minus al=
titudinis decem pedum, ita qđ nõ possit uideri immunditia, aqua, siue turpitudo ab aliquo
transeunte, Et contenta in dĉo capitulo in locis publicis banniantur, qđ infra mensẽ à die facti
bannimenti computan, habentes landrones, uersatoria, aut sciacquatoria contenta in hoc capi=
tulo, teneantur, et debeant integralr adimplere, contra uerò faciens in centũ solidis uice qualibet
condemnetur, cuius banni medietas sit Camere aplice, et alia potestatis, et ipse Potestas, et sui
officiales de predictis ad petitionẽ cuiuslibet petentis inquirere teneantur, et repertos culpa=
biles condemnare, et dictũ bannimentũ dĉi officiales ad petitionẽ cuiuscũq petentis fieri fa
cere teneantur, Alios uerò landrones, uersatoria, et sciacquatoria in alijs locis terre Gualdi
existentia, quilibet cuius sunt, uel essent, teneatur, et debeat aptare, clausa, et cooperta tenere,
qđ in uia aliqua, aqua, immunditia, uel turpitudo nõ exeat, nec fetorem transeuntibus infe=
rant ullo modo, contra uerò faciens in uiginti solidis uice qualibet condemnetur, de quo
banno due partes sint Camere aplice, et tertia pars ius reddentis, que pena de facto contra
facienti auferatur, et per officiales soluere compellatur, Et hoc fiat, et executioni mandetur
infra terminũ supradictum, et cuilibet liceat accusare, et dimidiã banni habeat accusator,
et hoc ad petitionẽ cuiuslibet petentis, banniatur:

Quod liceat capparijs aquam pro cuppis, et tegulis facien per locũ quẽ uoluerit
deuiare ——— Rca 41

Item Statuimus pro utilitate cõis, et Spiritualium personaꝝ cuilibet Gualdensi facienti cuppos, te=
gulas, uel mactones in territorio Gualdi, liceat aquam de flumine rasine, et aliã aquam sibi

necessariam pro suo laboritio faciendo undecumq; uenientem, trahere, mittere, et ducere ad maltarium suum per locum minus damnosum per terram, et rem cois, uel specialis persone liberè sine pena nó obstante aliquo statuto, capitulo, siue reformatione in contrarium loquente de predictis, Et si per uiam cois, uel uicinalem esset necesse mittere dictam aquam, mittere teneatur, et debeat subtus uiá bene coopertá de lapidibus, uel tabulis, ita tamen qd libere, et cómode per ipsam uiam ualeat quilibet pertransire personalr, et cum bestijs. Et si occasione conductionis dće aque damnú aliquod alicui sequeretur, qd talis dictam aquam conducens damnú predictum patienti integraliter teneatur emendare secundum estimationé faciendam per duos bonos homines per Rectores populi eligendos, et nullus audeat aquam conductam pro dćo laboritio modo aliquo impedire ad penam decem librarú, in quibus per officiales condemnetur si cótrafecerit in predictis.

## Qualiter Ius habentes in bonis alterius infra certa bannimenta assignare teneantur, et de alienatione facienda Rca 42

Item Statuimus, uolentes calumnijs obuiare, et refrenare, et infamiá tollere, que posset Inter Notarios exoriri, et ne eis detur materia falsa fabricandi instrumenta, et ut querela hominú de talibus conquerentiú acquiescat, et uoluntas hominú sit libera sicut decet, quod Potestas, Iudex, uel Vicarius uinculo iuramenti ad pená quinquaginta librarum pro quolibet teneantur, et debeant ad petitionem cuiuslibet Gualdensis banniri facere, et cómictere uni ex preconibus Gualdi, qui in platea cois Gualdi publicè, et alta uoce sono tube premisso banniat, et banniendo sic dicat, quicumq; de Gualdo, uel eius districtu, seu etiam aliunde habet aliquod ius in bonis, et rebus talis petentis hoc banniri, qd infra terminum sex dierú à die facti bannimenti computañ ueniat, et compareat coràm officialibus supradictis, uel altero ipsorú legitimè ostensurus omne ius, et omnia iura, et actiones quod, que et quas haberet, uel habere diceret in possessionibus et rebus, quas ipse petens

bannimenta fieri tunc temporis pacifice possidet. Et fiant tria bannimenta unum post aliud de d(i)c(t)a materia ut dictum est supra, et in die lune. Si quis autẽ comparuerit infra terminũ dictorum bannimentorũ, et dicat ius habere in bonis, possessionibus, et rebus talis petentis bannimenta fieri, ostendat, et ostendere debeat omne ius, et actionem, seu iura omnia, et actiones, que et quas haberet, et habere diceret et partem citari faciat, et requiri, q(uod) ueniat, et compareat coram officialibus supradictis, uel altero ipsorum ad uiden(dum) ostensionẽ iuris, et actionũ suarũ, et iura et actiones, que, et quas haberet in iudicio reproducere, rogare, et dare uni ex Notarijs ciuiliũ d(i)c(t)i co(mun)is Gualdi, qui notarius teneatur, et debeat accipere, et parti copiam exhibere ita q(uod) se certiorem fieri ualeat de predictis, et sic illicita facta forent de competenti remedio prouidere. Quibus tribus bannimentis elapsis, si nullus comparuerit infra terminũ supradictum ad ostenden(dum) iura sua, ut supra est expressũ, ex nunc ex auctoritate p(rese)ntis Statuti, omnia iura, et actiones, que et quas aliquis haberet, et diceret se habere in possessionibus, rebus, et bonis d(i)c(t)i talis petentis dicta bannimenta fieri. Que bona, possessiones et res per ipsũ petentem tempore dictorũ bannimentorũ pacifice possidentur, cassamus, irritamus, annullamus, et euacuamus et decernimus esse nulla, et nullas, et nullius ualoris, tamq(uam) simulata, fictitia, falsa, et nõ uera. Et ad maiorem cautelam habendam in futurũ, quicumq(ue) de Gualdo, uel eius districtu uendiderit, donauerit, uel quoquomodo alienauerit alicui persone aliquã rem mobilem ualoris, et extimationis quinquaginta librarũ, uel ultra, in qua uenditione, et alienatione talis uendens, uel alienans reseruet sibi fructus in uita sua, q(uod) dicta uenditione, donatione, uel alienatione rogentur duo boni, et legales Notarij, et Stipulatio contractus fiat, et fieri debeat in domo populi ad bancũ iuris coram Potestate, Iudice, uel Vicario cũ decreto, et auctoritate ipsorum, uel alicuius eorum. Et si pred(i)c(t)a donatio, uenditio, seu alienatio aliter fieret, q(uam) supra dictum est, ipsam

uenditionem, donationē, seu alienationem irritamus, et uigore presentis statuti dicimus esse nullā, et ad hoc ut nullus malitiose, et calumniose agat in faciendo fieri bannimenta predcā, uolumus, q͂ quicūq; dicta bannimenta fieri facere uoluerit, primo, et ante omnia licentiam habeat à Rectoribus populi terre Gualdi, uel maiori parte ipsorū in officio existen̄, que licentia manu Notarij reformationū debeat apparere, ad hoc ut nullus presumat uigore dictorū ordinamentorū ius alterius occupare; Rectores quoq; coràm quibus petita fuerit licentia supradcā in concedendo ipsam teneantur mature prouidere ac sapienter, et solicite, semper considerata persona petentis talem licentiā exhiberi, et predcā omnia, et singula in hoc capitulo contenta uolumus inuiolabiliter obseruari non obstante aliquo statuto, iure canonico, uel ciuili, uel etiam instrumentis sacramento uallatis, que in contrariū loquerentur, et contenta in predcō capitulo, qualiter predcē uenditiones, donationes, et alienationes fieri debeant per unum ex preconibus tribus uicibus banniatur diuersis diebus in Alodia populi ante bancū iuris, ut perueniat ad notitiā singulorū, que bannimenta scribantur per aliquem ex Notarijs causarū ciuiliū dcī Communis:.

## De siluis guardatis R.ca 43

Item statuimus ad scandali materiam euitan̄, q͂ silue guardate cōis Gualdi diuidantur, et terminentur à Pratis, et pasturis dcī cōis per unū hominē per Rectores Populi, uel maiorem partem ipsorū eligen̄, uel plures, si dictis rectoribus uidebitur, qui sic electi teneantur, et debeant euidenter dictam diuisionē, et terminationē facere, et manifeste, prout eis melius uidebitur conuenire, quos nominandos per rectores predcōs, ex nunc eligimus ad predcā cum salario per rectores populi declarando, et predcī Rectores, qui erunt de mense nouembris, in principio aperture p̄ntis statuti, predcā q; citius potuerint fieri facere teneantur, et predcī eligendi ad dictam terminationem faciant infra mensem à die acceptionis, uel facti mandati ad penam decem librarū pro quolibet.

## Quod nullus cogatur intrare nisi in qua uoluerit Arte Rca. 44

Item statuimus ad scandali, erroris'q; materiam, ac uiam penitus euitan', que possent inter partes exoriri, q' si aliquis in terra Gualdi, uel eius districtu exercuerit duas artes, iurare teneatur, et debeat in una illarũ artiũ, quam sibi eligere uoluerit, et in predictis oẽs factiones facere reales, et personales; Ab alia uerò arte, quã exercuerit ab omnibus oneribus, et factionibus realibus, et personalibus penitus excusetur, nõ obstante aliqua promissione, uel obligatione quomodocũq; et qualitercũq; facta.

## Quod nullus Rector uadat in ambasciatã tempore sui Officij Rca. 45

Item statuimus ad hoc ut Rectores populi bene perseuerent, et perseuerare debeant in eorũ officio rectoratus, et causa tollendi omnem suspitionẽ, que posset eisdem Rectoribus exoriri ab hominibus d(i)c(t)e terre, quòd de cetero nullus rector durante suo officio rectoratus possit, uel debeat eligi in aliquã ambasciatã ire, uel ad aliquem locũ unde salariũ habeat à cõmune, et si iret ad aliquem locũ, uel ambasciatam acceptaret, soluat nomine pene uiginti quinq; libras denariorũ, et priuetur officio, et beneficio cõis, et nullũ salariũ aliquo modo, uel colore quesito sibi solui debeat, uel etiam approbari, nisi salarium sibi debitũ pro officio rectoratus, saluo si clarueerit talem rectorem in ambasciatã ire debere per consiliũ gñale, sibi ire liceat, nec aliqui ex rectoribus possint approbari denarij, uel solui durante officio rectoratus, nec aliqua pecunia per massariũ cõis predci occasione aliqua, nisi pro suo salario rectoratus, Contra uerò faciens in uiginti quinq; libris condemnetur per Assessorem cõis predci; Et quicũq; Gualdensis habuerit aliquod officium in communi, ipso officio durante aliud officiũ quomodolibet exercere nõ possit sub dictis penis

De pena nõ retinentis cuppũ sigillatũ in Molendinis R^{ca} 46

Item Statuimus, quod quicũqȝ habet aliquem Molendinũ olei in terra Gualdi, uel eius districtu et in ipso molit olivas, retinere debeat cuppum sigillatũ sigillo cõis Gualdi sicut alij Mollarij qui molunt granum, et de triginta cuppis recipiat unũ; qui contrafecerit in predictis soluat Camere aplice pro banno uice qualibet centum solidos denariorum.

De licentia concessa artificibus Piccardorũ, posse ponderare carnes siccas cum Stateris, et Marchis R^{ca} 47

Item statuimus, q̃ nullus de arte Piccardorũ penam aliquã soluere teneatur, si sibi nõ fuerint illa pondera, et ferramenta ad ponderañ carnes, que alij beccarij secundũ formã statutorũ habere debent, saluo quod habere debeat ad ponderañ carnes siccas, et lardum insalatum stateram iustam, et Marcũ iustum, cũ quibus ponderare possit sine pena, et banno

De fonte Martinotij aptando R^{ca}. 48

Item statuimus, ut fontes aquarũ conseruentur, et manuteneantur, q̃ rectores populi, qui pro tempore fuerint teneantur, et debeant uinculo iuramenti, et pena decem librarũ pro quolibet contrafaciente eligere, et nominare ad petitionẽ cuiuslibet petentis duos bonos homines et suprastantes super aptatione cuiusdã fontis existentis in parr.^a pastine in uoc.^o cerqueti siue campi rei, iuxta sua latera, qui fons dicitur fons martinotij. qui suprastantes habeant auctoritatẽ aptandi, et aptari faciendi dictum fontem prout, et sicut eis uidebitur conuenire, expensis adiacentium dc̃o fonti, quibus licentiam concedimus predc̃a faciendi, et pro predictis factiones, et impositiones ponendi, et exhibendi banna, et penas tolleñ usqȝ in quantitatẽ decem solidorũ pro quolibet contrafaciente, et qualibet uice puniendi, exigendi, et imponendi quibus ad ipsorũ requisitionẽ potestas, et alij officiales terre Gualdi in predc̃is teneant, et debeant prestare auxiliũ, consiliũ, et fauorẽ ad penã centũ solidorũ

denariorũ pro quolibet dc͡oꝝ officialiũ, si in predictis fuerint negligentes.

Quod nullus causa reuenden. emat Oua, uel Caseũ die lune ante nonas R.ca 49

Item statuimus, q̃ nulla persona in die lune emere possit pullos, oua, caseum, uel his similia in terra Gualdi causa reuendendi, ante nonas, pena uiginti solidorũ pro quolibet, et uice qualibet, si quis contrafecerit, que pena de fc͡o contrafacienti auferatur, et possit quilibet accusare, et habeat dimidiam pene, et teneatur in secretum.

Quod Aqueductus remundetur quolibet anno R.ca 50

Item statuimus, et ordinamus ad honorem Terre Gualdi, et corporũ sanitate, quòd Aqueductus cõis reaptetur, remuretur, et remundetur quolibet anno de mense septembris, et Octobris à porta sancti Benedc͡i usq; ad romitam sc͡i Martij districtus Gualdi, in quocũq; loco fuerit necesse, ipsumq; recooperiatur intus, et extra dictam terram Gualdi, ad hoc ut aqua, que uenit per ipsum conductum ueniat clara, et pura sine immunditia, et fastidio aliquo, et maximè in arenario cõis ubi debeat murari, et murus construi, et edificari ad hoc ut dc͡us Aqueductus melius conseruetur de sex cannis muri ueteris ibi existentis, Et q̃ Rectores populi, qui pro tempore fuerint de mensibus martij, et aprilis debeant facere remundare, et etiam cooperire aqueductum predictum à dicta porta sc͡i Benedc͡i usq; ad ecclesiam sancti Martij sicut necesse fuerit, et faciant murare dictum aqueductum ut supra dictum est tres cannas dc͡i muri tempore eorũ rectoratus, et ponere debeant duos bonos homines de dc͡a terra Gualdi in suprastantes totius laborerij contenti, et declarati in p̃nti capitulo, quibus suprastantibus auctoritate p̃ntis Statuti damus, et concedimus plenũ arbitriũ, et baliam, predc͡a omnia, et singula laboreria in dc͡o capitulo contenta effectualiter adimplendi, et pro predictis obseruandis, hominibus, et decimis to-

tois Terre Gualdi, et eius districtus precipiendi, et mandandi, et homines omnes de dcis decinis cogendi, et cogi faciendi realiter, et personalr, qui ueniant, et sint semper quando eis placuerit, et uidebitur esse necesse, et etiam cu eoru bestijs ad dictum laboreriu faciendu, et inobedientes grauari faciendi, banna, et penas eis imponendi, et Rectores qui erunt de mensibus Maij, et Junij sequentibus, teneantur, et debeant murari facere in supradco muro faciendo in arenario predco reliquas tres cannas muri, ut prefertur, et solicitent dcos suprastantes in dco laborerio, et eis prestare teneantur, et debeant in predictis, et alijs quibuscumq ad eoru officiu pertinentibus auxiliu, consiliu, et fauorem, et ut melius dictum laboreriu fieri possit, uolumus, et mandamus, q Potestas terre Gualdi, et sui officiales teneantur, et debeant uinculo iuramenti, et pena centu libraru pro quolibet dcis suprastantibus semper, et quando à dictis suprastantibus fuerint requisiti, ipsi, seu alter ipsoru dare, et concedere eis familiam, baiulos, auxilium, consiliu, et fauorem in requirendo, cogendo, citando, et grauando omnes inobedientes, assignando eisdem per supradcos suprastantes. Et si Rectores populi in exequendo predca fuerint negligentes, pena quinquaginta libraru pro quolibet puniantur, in quibus condemnentur tempore sindicatus:.

## Quod domus Populi perficiatur Rca. 51

Est in corpore iuris expressum, quod mora Communitatis trahit ad se periculum; Et quia nemo domus Populi, que sita est in platea cois, habitatio dnorum rectoru populi dce terre dedit operam, ut perficiatur, ex quo no modicum detrimentu commune dce terre unà cum specialibus personis percepit;. Ideo pnti lege firmantes statuimus, q dca domus perficiatur, et compleatur modo infrascripto uidelicet, quod Rectores, qui erunt de mense Julij, et augusti uenturorum post apertura pntis statuti teneantur, et debeant ad penam centu libraru pro quolibet facere, et fieri facere Acconcimen dce domus, coptumare laboreriu, et reparationis, et aptationis eiusdem domus, et cedulam facere in qua contineatur totu laborerium necessariu pro aptatione domus predce; Et ipso laborerio coptumato

30x40

perficiatur per copumatorem cū communi à die copumationis usq; ad calendas decembris tunc proxime uenturi hoc modo uidelicet; quod dc̄i Rectores, qui erunt de mensibus Julij, et augusti predictorū teneantur, et debeant copumare ut dictū est laboreriū predictum infra decem dies introitus eorū officij, et omnia alia necessaria ad perficien̄ dictam domū tempore eorū preparare, et in ipsa sic preparata in fine eorum officij assignare successoribus, qui erunt de mensibus septembris, et Octobris sequentibus, et ipsi Rectores sic sequentes teneantur, et debeant perfici facere domum predictam, et totum residuū laborari predc̄o tempore ipsorū, ad supradictam penā, in qua unus quisq; dc̄oʒ rectorum supranominatorū incidat si negligens fuerit, et predc̄a nō seruauerit, ac adimpleuerit ut dictū est, in qua pena per assessorē cōis tp̄re sindicatus debeat cōdemnari.

## Vbi Ius reddatur R.ca 52

